





Handwritten text, possibly a title or header, including the word "København" (Copenhagen) and the year "1850".

De Skandinaviske og Arktiske Insektlarver,
beskrivne af Carl Boeck. Første Hefte.
med 7 Farvningstæller. Christiania.
Trykt hos J. W. Neumann. 1850.

Sidney J. Smith
New Haven

c

Crustacea amphipoda borealia et arctica

auctore

Axel Boeck.



(Særskilt aftrykt af Vidensk.-Selsk. Forhandlinger for 1870).

Christiana.

Sidney L. Smith,
New Haven, Ct.

Hoc opusculum nil nisi prodromus est majoris operis de amphipodis borealibus, quod brevi cum 32 tabulis ad descriptionem illustrandam per aeneam laminam expressis editurus sum.

Praeter amphipodas litoris Norvegici hic etiam paucas illas species, quae nondum apud nos, sed ad Spitsbergiam, Islandiam, Grœnlandiam inventae sunt, propterea recepi, quod his receptis expletur opus. Quasdam species hic receptas, quas ut ipse inspicerem non contigit, † notavi, quoniam pleraeque non tam bene depictae et descriptae erant, ut non de ipsis vel de loco, qui iis a me est assignatus, dubitatio obversari posset.

In synonymia specierum eos modo auctores in hoc opusculo citavi, qui speciem aliquam receperunt vel descripserunt alio nomine aut speciei aut generis, quam speciei ab eo est tributum, qui eam condidit. In synonymia generum eos modo citavi, qui speciem typicam ad aliud genus retulerunt, quam is, qui genus condidit, et praeterea eos, qui novam speciem revera ad genus antea cognitum referendam pro novo genere habuerunt.

In dispositione systematica maxime secutus sum structuram instrumentorum cibariorum, deinde instrumenta comprehendendi et movendi. In opere majore interiorem quoque variarum formarum structuram disseram.

Ut genera et familias aliqua ex parte aliter quam alii auctores finirem et multa nova statuerem, me coëgerunt formae quum boreales tum multae maris mediterranei tropicaeque inspectae.

Complura genera, ad quae in hoc opere paucae referuntur species, posthac multis, sicut etiam multas familias pluribus generibus augere potero.

Collectiones, quibus usi sumus, fecerunt:

Prof. Chr. Boeck a Nordmøre, Finmarkia et Spitsbergia.

Dr. Danielssen ab Hardanger, Moldefjord, Christianssund et Finmarkia.

Prof. Esmark ab Finmarkia.

Conservator Koren ab ora Bergensi.

Prof. M. Sars ab ora Bergensi et Finmarkia.

Stipendiarius O. G. Sars ab Christianiafjord, Hardangerfjord et Nordlandia.

Prof. Steenstrup et conservator Lütken Hafniæ specimina universa ex Grœnlandia, Islandia et Dania videndi nobis copiam fecerunt et tali modo typos Krøyerii perlegimus.

In museo Gothoburgensi specimina custodis Malm collecta ab Bohusia perlustravimus.

His collectionibus quod nobis uti licuit veram gratiam habemus.

Collectiones, quas ipsi fecimus, ab Christianiafjord, Farsund, Mandal et Ryfylke collectæ sunt.

I. Divisio. Hyperidæ. Dana 1852.

Instrumenta cibaria plus minusve perfecta.

Pedes maxillares palpo carentes, laminis externis cætera instrumenta cibaria tegentibus; laminis internis coalitis.

Antennæ plerumque imperfecta; antennæ superiores aut inferiores sæpe absentes.

Pedes sæpe mire compositi.

Postabdomen plus minusve perfectum.

Familia I. Hyperidæ. Dana 1852.

Mandibulæ in apice latae, valde dentatae; mala interna lata; tuberculo molari permagno, palpo 3 articulado.

Antennæ perfectæ, superioris pedunculo perbrevis, 3 articulado; flagello apud marem multiarticulado et longiore, apud feminam perbrevis, articulis carenti.

Pedes 3tii—7mi paris non prehensibiles.

Corpus perinflatum, crassum, raro compressum.

Oculi capitis latera tegentes.

Pedes saltatorii biramei; ramis laminiformibus.

Appendix caudalis parva, non fissa.

Gen. I. Hyperia. Latreille 1825.

Hyperia. Latreille, in Desmarest's *Consid. sur Crust.* p. 258. 1825.

Lestrigonius. Milne-Edwards, *Ann. des Sciences Nat.* XX. p. 392.

Hiella. Strauss, *Mém. du Muséum T. XVIII.*

Tauria Dana. U. S. *Explor. Exped.* p. 988.

Pedes 1mi et 2di paris manu subcheliformi carentes; carpo in angulo inferiore posteriore in calcem brevem producto; manu apicem versus attenuata.

Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to perbrevis, non dilatato.

Pédes trium parium ultimorum breves, invicem ferme eadem longitudine; articulo 1mo subdilatato.

H. Medusarum. Müller 1776.

Cancer medusarum. Müller, *Zool. dan. prodromus.* 2355. p. 198.

Gammarus Medusarum. I. C. Fabricius, *Reise nach Norwegen* p. 326.

Cancer gamm. Galba Montagu, *Linn. Trans.* XI p. 4. pl. 2 fig. 2. 1815.

Hiella Orbignii. Strauss, *Mem. du Muséum T. XVIII.* pl. 4.

Hyperia Latreillii. Milne-Edwards, *Ann. des Sciences Nat.* XX. p.

388. pl. XI. fig. 1—7. 1830. *Cuv. 3^e Ed., pl. 58, 1-12*

Hyperia oblivia. Krøyer, *Grønlands Amphip. D. Vid. Selsk. Afh.*

VII. p. 298. T. IV. 19. ♀. 1838.

Lestrigonius exulans. Krøyer, *Grønlands Amphip. D. Vid. Selsk.*

Afh. VII. p. 296. T. 4. f. 13. 1838.

Lestrigonius Kinahani. Spence Bate, *Catal. Amphip. Brit. Mus.* p.

289. pl. XIVIII. fig. 4. 1868.

Hyperia exulans. Goës, *Crustacea Amphipoda maris Spetsberg.*

alluentis. S. 18. 1865.

Pedes 1mi paris manu non lata, extrorsum gradatim angustiore, in margine posteriore serrata et spinis nonnullis armata; carpo extrorsum multo latiore; calce non ad mediam manum porrecta. Pedes 2di paris manu paulo angustiore; calce multo longiore, quam 1mi paris. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo duplo

longiore quam lato. Appendix caudalis parum longiore quam ad basin lata, et ad medium pedunculum pedum saltatoriorum ultimi paris porrecta. Grœnlandia, Spitsbergia, Norvagia, Britannia.

H. spinipes. A. Boeck 1860.

Hyperia spinipes. A. Boeck, Forhand. ved de Skand. Naturf. 8de Møde 1860 p. 636.

Pedes 1mi paris manu ovali, spinis longis multis armata; calce perbrevis. Pedes 2di paris calce parum longiore quam apud pedes 1mi paris; manu spinis longis instructa. Appendix caudalis longiore quam lata, ad pedunculi pedum saltatoriorum ultimi paris tertiam partem porrecta. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo duplo longiore quam lato. Ad occidentales Norvegiæ oras.

Gen. II. Metoecus. Krøyer 1838.

Metoecus. Krøyer, Grønlands Amphipoder beskrevne. D. Vid. Selsk. Afh. VII. p. 288.

Pedes 1mi et 2di paris manu forcificiformi, chelata; calce carpi in angulo inferiore postico ad aut ultra finem manus producta. Cæteroquin ferme ut apud genus *Hyperia*.

M. Medusarum. O. Fabr. 1780. †.

Oniscus medusarum. O. Fabricius, Fauna Grœnlandica. S. 232.
Metoecus medusarum. Krøyer, Grønlands Amphipoder. D. Vid. Selsk. Afh. VII. p. 288. T. 3. f. 15. 1838.

Pedes 1mi paris articulo 3tio in margine posteriore ad radicem calcis producta. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio perbrevis, vix longiore quam lato; articulo 4to permagno, ovato, ferme duplo longiore quam lato. Pedes trium parium ultimorum articulo 3tio perbrevis, 4to longitudinem duplam articuli 3tii superanti. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo prælongato, fere ter longiore quam ramo exteriori. Grœnlandia.

M. Abyssorum. n. s.

Pedes 1mi paris articulo 3tio brevi, non ad basin calcis producta; manu ferme duplo longiore quam ad basin lata, in mar-

gine interiore serrata; calce carpi perlata, usque ad finem manus porrecta, in margine interiore serrata; ungue parvo, non serrato. Pedes 2di paris ferme ut pedes 1mi paris; sed articulo 3tio perbreui; carpo angustiore; calce ad finem unguis porrecta; ungue in margine posteriore spinis instructo. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio longiore quam apud speciem antecedentem; articulo 4to longitudinem dimidiam articuli 3tii æqvanti, non dilatato, angusto, quater longiore quam lato, parum modo brevior quam articulo 5to gracili. Pedes trium parium ultimorum ungue brevior quam apud speciem antecedentem. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo ter longiore quam lato. Hardangerfjord.

Gen. III. Parathemisto. n. g.

Corpus sat compressum; dorso carinato.

Mandibulæ in apice perlatae, serratae, æque ut mala interna; tuberculo molari latissimo, in margine crenato; palpo longissimo.

Maxillæ 1mi paris dentibus quatuor perlongis et firmis armatae.

Pedes 2di paris (non pedis 1mi paris) carpo in angulo inferiore posteriore valde producto; manu cheliformi.

Pedes 3tii 4tiqve paris articulo 4to subdilatato.

Pedes trium parium ultimorum subæqvales.

P. compressa. Goës 1865. †.

Themisto compressa. Goës, Crust. Amph. mar. Spitsb. p. 17. 37

Segmentum trunci ultimum et segmenta postabdominis duo anteriora carina spinas retroversas formanti. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to magno, elongato ovali. Pedes 5ti paris articulo 4to duplo longiore quam articulo 3tio. Grœnlandia.

P. Abyssorum. n. s.

Carina spinas retroversas non formans. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to subangusto. Pedes 5ti paris articulo 3tio parum modo brevior quam 4to. Christianiafjord, Hardangerfjord.

Gen. IV. Themisto. Guérin 1828.

Themisto. Guérin-Meneville, Mem. de la Soc. d'Hist. Nat. de Paris. IV. 1828.

Instrumenta cibaria et pedes 1mi et 2di paris æque ut apud genus antecedens.

Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio brevissimo; articulo 4to per dilatato, in margine posteriore spinoso et manum quodammodo formanti; articulo 5to et 6to junctis ungvem longum 2articulatum efficientibus.

Pedes 5ti paris pedibus 6ti et 7mi paris multo longiores; articulo 1mo dilatato, 3tio brevi, 4to et 5to prælongato.

T. Libellula. Mandt 1822.

Gammarus libellula. Mandt, Observ. in hist. nat. in Iten. grœnlandico factae 1822. Diss. p. 32.

Themisto arctica. Krøyer, Grœnl. Amph. D. Vid. Selsk. Afh. VII. p. 291. T. 4. f. 16.

Themisto crassicornis. Krøyer, Grœnl. Amph. D. Vid. Selsk. Afh. VII. p. 295. T. 4. f. 17.

Corpus subcompressum; dorso spinis destituto. Pedes 2di paris manu ferme duplo longiore quam ad basin lata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to lato, ovato, parum modo longiore quam lato. Pedes 5ti paris articulo 1mo perlato et in margine anteriore spinis validis instructo. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore parum modo brevior quam pedunculo, plus duplo longiore quam lato. Appendix caudalis longior quam ad basin lata. Grœnlandia, Spitsbergia, Finmarkia.

T. bispinosa. n. s.

Corpus compressum. Segmentum trunci 6tum et 7mum in medio margine posteriore in spinas producta. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to oblongo. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo perangusto, non dilatato; articulo tertio magis elongato quam apud speciem antecedentem. Grœnlandia. B. 7.!

Familia II. Tryphanidæ.

Instrumenta cibaria non perfecta.

Mandibulæ palpo destitutæ.

Maxillæ obsoletæ.

Pedes maxillares laminis interioribus coalitis, perlatis; exterioribus brevibus.

Antennæ superiores ex articulis tribus compositæ.

Antennæ inferiores parvulæ.

Pedes non subcheliformes.

Pedes saltatorii biramei; ramis laminiformibus.

Gen. I. Tryphana. n. g.

Truncus segmentis septem perangustis.

Postabdomen segmentis tribus anterioribus perlatis.

Caput permagnum antice obtusum.

Pedes 1mi 2diqve paris sat parvi; articulo 5to non subcheliformi.

Pedes 3tii et 4ti paris magnitudine et forma æqvales.

Pedes trium parium ultimorum gradatim magnitudine valde decrescentes; pedes 5ti paris pedibus 7mi paris plus duplo majores.

T. Malmii. n. s.

Pedes 1mi paris articulo 3tio minimo; carpo apicem versus dilatato, fere eadem longitudine ac latitudine; articulo 5to ferme longitudinem carpi æqvanti, apicem versus angustiore; ungue parvo in extremo; articulo 5to affixo. Pedes 2di paris longiores et angustiores articulo 4to et 5to angustis; ungue in margine utroqve setoso. Pedes 3tii 4tiqve paris validi et lati; articulo 5to ex angulo posteriore inferiore spinam emittenti. Pedes 5ti paris articulo 1mo ovato et duplo ferme longiore quam lato; articulo 5to in fine marginis anterioris in spinam producto.

Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore fere recto. Pedes saltatorii ultimi paris ramis ferme æqualibus, latis, lanceolatis et longitudinem pedunculi ferme æqvantibus. Hardangerfjord.

II. Divisio. Gammaridæ. Dana 1849.

.Instrumenta cibaria perfecta.

Pedes maxillares laminis non coalitis; palpo articulato instructi.

Postabdomen perfectum, raro uno articulo destitutum et quinque modo paribus pedum instructum.

Epimera plerumqve magna.



Familia I. Prostomatæ. A. Boeck 1860.

Prostomatæ. A. Boeck, Forhand. ved de Skand. Naturf. 8de Møde 1860. p. 637.

Instrumenta cibaria valde prominentia et conjuncta processum 3 fissum, tubiformem formantia.

Labium superius prælongatum, angustum.

Mandibulæ styliformes, acutæ, palpis longis triarticulatis instructæ.

Maxillæ angustæ, elongatæ, in apice acuminatæ.

Pedes maxillares laminis interioribus angustis, exterioribus brevibus et latioribus; articulo palpi 4to longo, non ungviformi.

Corpus compressum, latum; epimeris latis.

Antennæ superiores breves, flagellis accessoriis instructæ.

Pedes 1mi paris manu pervalida subcheliformi.

Pedes 2di paris elongati, angusti; manu subcheliformi, parva.

Pedes saltatorii biramei; ramis latis.

Appendix caudalis parvula.

Gen. I. Trischizostoma. Esmark & Boeck 1860.

Trischizostoma. A. Boeck, Forh. ved de Skand. Naturf. 8de Møde 1860 p. 637.

Caput antice in rostrum frontale crassum, latum, in apice rotundatum, productum.

Antennæ inferiores articulo 4to longitudinem 5ti superanti.

Pedes 1mi paris manu permagna, inflata, ovata; ungue non in angulo inferiore anteriore, ut solito, sed in angulo inferiore posteriore inarticulato, antice verso.

Pedes 4ti paris articulo 3tio valde dilatato et latiore quam pedum 3tii paris.

Epimerum 1mum parvum.

Epimerum 2dum deorsum valde dilatatum, 1mum partim tegens.

Oculi permagni.

Appendix caudalis lata.

T. Raschii. Esmark & Boeck 1860.

Trischizostoma Raschii Esmark. A. Boeck, Forh. ved de Skand. Naturf. 8de Møde 1860. p. 637.

Antennæ superiores articulo 1mo brevi, sed multo longiore quam articulis duobus sequentibus conjunctis; articulo flagelli 1mo longitudinem articulorum 6—7 sequentium conjunctorum æqvanti; articulo flagelli accessorii 1mo multis partibus longiore quam articulis duobus sequentibus junctis. Pedes 1mi paris manu perinflata, in acie serie spinarum, deorsum in spinam majorem desinenti, instructa. Pedes 2di paris articulo 2do ferme longitudinem articuli 4ti æqvanti. Pedes 4ti paris articulo 3tio dilatato, parum modo longiore quam lato. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo deorsum et postice producto et rotundato. Pedes saltatorii ultimi paris ramis in marginibus non setosis, longitudinem duplam pedunculi æqvantibus. Appendix caudalis longior quam lata, in apice rotundata. Søndmøre, Bergen, Christianiafjord.

Familia II. Orchestidæ. Dana 1849. (12)

Labium superius validum, in apice rotundatum.

Mandibulæ pervalidæ, seriem spinarum plumosarum gerentes, curvatæ, in apice perdentatæ; mala interna valde dentata; tuberculo molari valde prominenti; palpo absenti.

Maxillæ 1mi paris dentibus firmis pectiniformibus armatæ; lamina interiore elongata, angusta, in apice setis duobus plumosis instructa; palpo parvo aut absenti.

Maxillæ 2di paris laminis latis.

Pedes maxillares lamina exteriori parva, lata, ovata, in margine spinis gracilibus vel setis instructa; lamina interiore elongata, lata, in apice truncata, dentibus tribus firmis armata; palpo valido latoque; articulo palpi ultimo interdum absenti.

Corpus compressum; dorso rotundato; epimeris majoribus.

Antennæ superiores inferioribus plus minusve breviores, flagello appendiculari destitutæ.

Antennæ inferiores articulis duobus anterioribus perbrevibus sed sat latis.

Pedes saltatorii breves et validi; 1mi et 2di paris biramei, ultimi paris simplices.

Appendix caudalis brevis et crassa.

Gen. I. Orchestia. Leach 1814.

Orchestia. Leach, Crustaceology. Edinburg Encyclopedia. Tom. 7.

Maxillæ 1mi paris palpo destitutæ.

Pedes maxillares palpis perbrevibus, latis; articulo palpi 2do sursum dilatato, 4to absenti.

Antennæ superiores minimæ, pedunculo inferiorum breviores.

Pedes 1mi paris sexus utriusque manu plus minusve lata, subcheliformi.

Pedes 2di paris articulo 5to sive manu maris permagna, subcheliformi, feminae parva, chelam debilem formanti.

O. littorea. Montagu 1815.

Cancer Gammarus littoreus. Montagu, Linn. Trans. IX. p. 96. T. 4. f. 4.

Orchestia littorea. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 402.

Talitrus tripudians. Kr. Nat. Tidsk. 2 R. I. p. 311. Tab. III. fig. 2, a-c.

Orchestia Euchore. F. Müller, Archiv f. Naturgesch. XIV. p. 53. pl.

4. f. 1—7.

Mas. Antennæ superiores ferme ad articulum pedunculi ultimum antennarum inferiorum porrectæ. Antennæ inferiores tertiam partem longitudinis animalis æquantes. Pedes 1mi paris carpo triangulari; manu brevior et minor quam carpo. Pedes 2di paris manu magna, ovali, in acie percurvata. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 1mo fere eadem longitudine ac latitudine; articulo 3tio parum modo dilatato et ferme longitudinem 4ti æquanti, brevior quam 5to. Pedes 7mi paris articulo 3tio deorsum valde dilatato et in angulo inferiore posteriore producto; articulo 4to perlato, 5to angusto.

Femina. Pedes 1mi paris carpo triangulari, latiore quam manu quadrangulari, apicem versus angustiore. Pedes 2di paris articulo 1mo perlato, carpo paulo longiore quam manu et deor-

sum multo latiore; manu obovata, in margine anteriore incisa; ungue parvo in incisura manus affixo. Ad oras occidentales Scandinaviæ et balthicas.

Gen II. Talitrus. Latreille 1802.

Talitrus. Latreille, Histoire naturelle general et particuliere des Crustacés et des Insectes. V. p. 294.

Instrumenta cibaria, antennæ et postabdomen æque ut apud genus Orchestia.

Pedes 1mi paris non subcheliformes.

Pedes 2di paris articulo 5to utriusque sexus debili; ungue obsoleto.

T. Locusta. Latreille 1802.

Talitrus locusta. Latreille, Histoire naturelle general et particuliere des Crustacés et des Insectes. V. p. 22.

Cancer (Gammarus) saltator. Montagu, Linn. Trans. IX. T. 4. f. 3.

Talitrus saltator. Milne-Edwards, An. Sc. Nat. XX. p. 364.

Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio ferme æqualibus. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to dimidiam longitudinem 5ti æqvanti. Pedes 1mi paris articulo 4to longiore quam 5to; hoc apicem versus angustiore, ferme ter longiore quam lato. Pedes 2di paris articulo 5to elongato, ovali. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio longiore quam 4to et 5to, sed multo breviora quam his articulis junctis. Pedes 5ti paris articulo 1mo fere eadem latitudine ac longitudine.

Gen. III. Hyale. H. Rathke 1837.

Hyale. Rathke, Zur Fauna der Krym. Mem. Acad. Imp. St. Petersburg. III. 1837. p. 378.

Allorchestes Dana. Amer. Jour. Sci. [2]. VIII. p. 136.

Nicea. Nicolet i Gay, Hist. phys. de Chili. III. p. 237.

Galanthis. Spence Bate, Brit. Assoc. Rep. 1855. p. 57.

Maxillæ 1mi paris palpo perbrevis, angusto, uniarticulato.

Pedes maxillares palpo perlato; articulo palpi 4to ungvem longum, curvum formanti.

Antennæ superiores pedunculo inferiorum longiores.

Pedes 1mi 2diqve paris subcheliformes. Pedes 2di paris manu validiore quam 1mi paris et apud marem multo validiore quam apud feminam.

Appendix caudalis brevis, crassa et fissa.

II. Nilsoni. Rathke 1843.

Amphitoë Prevostii? Rathke, Acta Acad. Leopold. T. XX. p. 81.

Tab. 4. f. 5.

Amphitoë Nilsoni. Rathke, Acta Acad. Leopold. T. XX. p. 264.

Orchestia Nidrosiensis. Krøyer, Nat. Tidsk. 2 B. 1. p. 299.

Allorchestes Danai. Spence Bate, Brit. Assoc. Report 1855.

Galanthis Lubbockiana. Spence Bate, Brit. Assoc. Report 1855.

Allorchestes Nilsonii. Bruz. Amphip. Gammar. K. Vet. Akad. Hand. ny Följd. III. p. 35.

Nicea Lubbockiana. Spence Bate, Catal. p. 81.

Antennæ superiores ultra pedunculum inferiorum porrectæ; flagello longitudinem pedunculi ferme æqvanti. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to æqualibus.

Mas. Pedes 1mi paris carpo fere quadrangulari et calce parvo instructo; manu majore, rectangulari. Pedes 2di paris articulo 3tio triangulari, in angulo inferiore posteriore acuto; manu ovata, in acie oblique truncata.

Femina. Pedes 2di paris rectangularis, pedibus 1mi paris paulo majores. Pedes saltatorii ultimi paris ramo brevior quam pedunculo brevi. Ad oras occidentales Nidrosia usque ad Bohusiam.

Familia III. Gammaridæ. Dana 1852.

Labium superius latum, in apice rotundatum aut incisum.

Mandibulæ plus minusve elongatæ; interdum inæqvales et mandibula sinistra mala interna carens; palpo 3articulato, raro absentî.

Maxillæ 1mi paris palpo plerumqve 2articulato, raro 1articulato aut absentî.

Pedes maxillares palpis elongatis.

Corpus plus minusve compressum; epimeris plerumqve me-

diocribus, interdum maximis, raro parvis. Postabdomen 6 paribus pedum instructum; pedes ultimi paris raro 1aramosi.

Appendix caudalis laminaris.

Subfamilia I. *Lysinassa*^a. Dana 1849. - 21

Labium superius et hypostomum plus minusve prominens.

Mandibulæ elongatæ; mala lata, edentata aut modo in margine interiore dentibus perpaucis instructa; mala interiore in sinistra mandibula sita; tuberculo molari parvo, plus minusve prominenti; serie spinarum dentibus paucis obtusis et sæpe minimis instructa; palpo elongato, 3articulato.

Labium inferius elongatum; laminis internis parvulis prope apicem.

Maxillæ 1mi paris palpo 2articulato; raro palpo carentes.

Maxillæ 2di paris plus minusve elongatæ.

Pedes maxillares robusti; laminis plus minusve elongatis; articulo ultimo palpi ungviformi, raro tuberculoformi vel obsoleto.

Corpus altum; dorso crasso, plerumque rotundato; rarissimo carinato.

Epimera alta, angusta.

Antennæ superiores pedunculo perbrevis, crasso; articulo 2do et 3tio perparvo; flagello plus minusve elongato; articulo 1mo plus minusve elongato, semper longiori quam articulis reliquis, et in latere interiore duabus seriebus scoparum instructo.

Antennæ inferiores flagello apud marem elongato, apud feminam brevior.

Pedes 1mi paris plus minusve elongati plerumque manu parva subcheliformi instructi; raro manu magna aut non subcheliformi.

Pedes 2di paris prælongati, filiformes, manu parva instructi; raro ungue destitutæ.

Pedes trium parium ultimorum paulatim longitudine crescentes; articulo 1mo postice laminari, dilatato.

Gen. I. *Lyianassa*^s. Milne-Edwards 1830.

Lyianassa. Milne-Edwards, Extract de Recherches pour servir a

l'histoire naturelle des Crustacés amphipodes. Ann. des Sciences Nat. Tom. XX. 1830.

Mandibulæ mala in margine interiore dente parvo, sed longo, tenui instructa; palpo elongato, in eadem altitudine ac tuberculo molari minuto affixo.

Maxillæ 1mi paris lamina interna permagna, in apice setam parvam aut obsoletam gerenti.

Maxillæ 2di paris lamina interiore lata, exteriori angusta.

Pedes maxillares lamina exteriori ovata vixqve in margine interiore nodulosa, non ad finem articuli 2di palpi elongati angustiqve porrecta; lamina interiore elongata.

Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio paulo elongato.

Pedes 1mi paris manu non subcheliformi; articulo 5to elongato, apicem versus attenuato; ungue parvo.

Pedes saltatorii elongati; ramis paris ultimi brevioribus quam pedunculo, setosis.

Appendix caudalis parva, integra, postice rotundata.

L. plumosa n. s.

Angulus lateralis anticus capitis productus, acutus. Oculi reniformes, nigri. Angulus lateralis posticus segmenti postabdominis 3tii sursum productus et acutus. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do eadem longitudine ac crassitudine; articulo 1mo flagelli reliquis tribus junctis longitudine æquali. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to paulo longiore quam crasso; articulo 5to duplo ferme longiore; flagello prælongato. Pedes 1mi paris articulo 5to tribus articulis antecedentibus junctis longitudine æquali, s-formi. Pedes 2di paris articulo 2do paulo longiore quam carpo. Pedes 5ti paris articulo 1mo eadem latitudine ac altitudine. Pedes saltatorii paris 3tii ramis brevioribus quam pedunculo, setis plumosis longis instructis. Appendix caudalis postice truncata. Haugesund.

L. Costæ. Milne-Edwards. 1830. l. i. p. 17.

Lysianassa Costæ. Milne-Edwards, Ann. des Sci. Nat. T. XX. p. 365. pl. 10. f. 17.

Angulus lateralis posticus segmenti 3tii postabdominis sursum productus, acutus. Angulus lateralis anticus capitis productus, acutus. Oculi magni, reniformes, nigri. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do longiusculo, apicem versus attenuato; articulo 3tio brevior et angustior quam 2do, duplo ferme longior ac crassior; segmento flagelli 1mo non multo longior quam cæteris, flagello accessorio biarticulato, articulo ultimo minimo. Antennæ inferiores articulo 4to et 5to eadem longitudine. Pedes 1mi paris articulo 5to apicem versus attenuato, vix longior quam 4to. Pedes 2di paris articulo 2do et 4to ferme eadem longitudine. Pedes 5ti paris articulo 1mo ferme latitudine eadem ac altitudine. Pedes saltatorii ultimi paris ramis paucis setis instructis. Appendix caudalis paulo longior quam ad basin lata, postice rotundata. Christianssund, Haugesund.

Gen. II. Ambasia. n. g.

Hypostomum valde gibbosum, prominens.

Mandibulæ palpo elongato et tenui, profundius quam tuberculo molari parvo affixo.

Maxillæ 1mi paris lamina inferiore minima, ovata.

Maxillæ 2di paris breves, non lati.

Pedes maxillares laminis exterioribus permagnis, ovatis, vix in margine inferiore nodulosis; palpo brevi; articulo 4to tuberculiformi.

Antennæ inferiores articulo 3tio prælongato.

Pedes 1mi paris graciles, manu subcheliformi destituti.

Pedes saltatorii ultimi paris breves; ramo interiore multo brevior quam exterior.

Appendix caudalis brevis, fissa.

A. Danielsseni. n. s.

Oculi magni, lageniformes, rubri. Epimera quatuor anteriora peralta; epimerum 5tum eadem longitudine ac latitudine. Angulus posticus lateralis segmenti postabdominis 3tium paulo sursum productus et acutus. Segmentum postabdominis 4tum in margine medio posteriore pergibbosum. Antennæ superiores articulo flagelli 1mo longitudine æquali ac reliquis 6 junctis. Antennæ inferiores articulo

pedunculi 5to multo brevior quam 4to. Pedes 1mi paris manu longitudine articulo 4to æquali et vero apicem versus attenuata. Pedes 2di paris manu ovata, dimidiam 4ti longitudinem æquanti. Pedes parium trium ultimorum articulo 3tio parum dilatato, multo brevior quam articulo 5to. Appendix caudalis multo longior quam lata, ad basin fere fissa; laciniis in apice singula spina instructis. Bukufjord, Hardangerfjord.

Gen. III. Ichnopus. Costa 1853.

Ichnopus. Costa, Ricerche sui Crostacei Amphipod. del Regno di Napoli. Rendiconto della Società reale borbonica. 1853. p. 172.

Mandibulæ breves; mala truncata, in margine sinnata; palpo in eadem altitudine ac tuberculo parvo molari affixo; articulo palpi 3tio tenui, curvato.

Maxillæ 1mi paris laminis interioribus parvulis.

Maxillæ 2di paris laminis gracilibus.

Pedes maxillares laminis exterioribus perlongis et perlatis, in margine nodulosis; articulo palpi 2do brevi; 3tio elongato.

Antennæ flagellis prælongatis, multiarticulatis.

Pedes 1mi paris manu gracili, apicem versus attenuata haud subcheliformi.

Pedes saltatorii paris 2di ramo interiore diverso ab exteriori, in margine medio interiore gibboso; in gibbere illo seta valida affixa.

Pedes saltatorii paris ultimi ramis elongatis.

Appendix caudalis longa, fere ad basin fissa.

Vesiculæ branchiales pectinatim plicatæ; plicaturis ab rachi media exeuntibus.

I. spinicornis. Boeck 1860.

Ichnopus spinicornis. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde, 1860. p. 645.

Lysianassa spinicornis. Lilljeb., On the *Lysianassa magellanica* etc. p. 20. 1865.

Oculi magni, fere reniformes, nigri. Angulus lateralis anticus capitis elongatus, rotundatus. Angulus lateralis posticus segmenti

postabdominis 3tii paulo sursum productus et acutus. Antennæ elongatæ; superiores articulo pedunculi 1mo in extremo margine inferiore aculeo instructo; articulo 2do item infra armato; flagello apud feminam circiter 60—66articulato; apud marem 85—100; flagello appendiculari 10articulato. Pedes 1mi paris articulo 5to eadem longitudine, angustiore vero quam carpo, duplo longiore quam lato; articulo 2do elongato, curvato et paulo brevior quam carpo, ungue magno et intus serie aculeorum armato. Pedes 2di paris manu parva, lata, ovata, ferme tertiam articuli 4ti longitudinis partem æqvanti; articulo 4to apicem versus clavato, dilatato. Pedes trium ultimorum parium articulo 1mo lato; 5ti et 6ti paris producto parum, in postica inferiore margine rotundato. Pedes 5ti paris articulo 5to ferme eadem duorum articulorum antecedentium junctorum longitudine. Pedes 6ti et 7mi paris articulo 5to brevior. Appendix caudalis plus duplo longior quam ad basin lata et ultra medium fissa.

I. minutus. n. s.

Oculi reniformes. Angulus lateralis anticus capitis parum productus, rotundatus. Angulus lateralis posticus segmenti postabdominis 3tii paululum sursum productus, acutus. Antennæ superiores pedunculo spinis carenti; articulis brevibus; flagello brevi. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to eadem longitudine. Pedes 1mi paris manu longitudine carpum superanti; hoc longitudinem articuli 2di æqvanti. Pedes 2di paris manu elongata, ovata, longiore quam dimidia carpi parte; carpo longitudine articulum 2dum ferme æqvanti. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo postice valde dilatato, infra vero non producto. Appendix caudalis ferme ter longior quam lata, in tertia exteriori parte fissa. Christianiafjord.

Gen IV. Socarnes. n. g.

?Ephippiphora. White, Ann. and Mag. of Nat. Hist. Ser. 2. Vol. 1. p. 226. 1848.

Labium superius prælongatum, prominens, acerrimum, cum hypostomi apice acuto conjunctum.

Mandibulæ mediocriter elongatæ; palpo multo profundius quam tuberculo molari prominenti affixo.

Maxillæ 1mi paris dentibus perlatis; lamina inferiore prælongata, angusta et in apice duobus setis plumosis instructa.

Maxillæ 2di paris laminis angustis, elongatis.

Pedes maxillares laminis exterioribus ovatis, in margine interno nodulos parvulos gerentibus; lamina inferiore prælongata; articulo palpi 2do elongato; articulo 4to unguiformi.

Antennæ breves.

Pedes 1mi paris breves; manu apicem versus attenuata et haud subcheliformi.

Appendix caudalis longitudine mediocri, usque ad medium fissa.

S. Vahli. Krøyer 1838.

Anonyx Vahli. Krøyer, Grønlands Amphipoder. p. 5. 1838.

" ^{Vahlii} Lysianassa Vahli. Lilljeb., ^{Long. Scand. 1843} On the Lysianassa magellanica etc. p. 21. 1865.

Gammarus nugax. Owen, Append. to I. Ross second. Voyage. p. 87.

Oculi magni, reniformes, nigri. Angulus capitis anticus lateralis productus, rotundatus. Angulus inferiorposticus segmenti postabdominis 3tii valde rotundatus. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio parvulo; flagello appendiculari elongato et 5-6articulato. Antennæ inferiores articulo 4to apud feminam cylindrico, multo longiore quam articulo 5to; apud marem perbrevis et in margine inferiore productus. Pedes 1mi paris carpo apicem versus valde dilatato; manu parum longiore et apicem versus angustiore. Pedes 6ti et 7mi paris articulo 3tio brevior quam 4to et parum dilatato; articulo 5to parum longiore quam 4to. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore parum brevior quam exteriori, eadem longitudine ac pedunculo; ramo utroque in margine nonnullis setis instructo. Appendix caudalis ferme duplo longior quam ad basin lata, ultra medium fissa et hians. Grœnlandia, Spitsbergia, Norvegia, Bohusia. (Lg. 9.2. 2)

Gen. V. Callisoma. Costa 1851.

Callisoma. Costa. Cat. Crust. Ital. by the Rev. Mr. Hope. 1851.

Scopelocheirus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855.

Mandibulæ elongatæ; palpo infra profunde affixo, sed in eadem altitudine ac tuberculo molari.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore elongata, in margine interno setis multis instructa; palpo in apice lato, dentibus multis latis, in apice furcatis, armato.

Maxillæ 2di paris laminis perbrevibus, sed latis.

Pedes maxillares palpis elongatis, angustis; lamina exteriori in margine interno spinis robustis armata; lamina interiori lata.

Pedes 1mi paris graciles, sat elongati, imprimis articulus 4tus et 5tus; hic parvulo ungue instructus.

Appendix caudalis longa, profunde fissa.

C. crenata. Spence Bate 1855.

Scopelocheirus crenatus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855.

Callisoma crenata. Spence Bate, Cat. of Amph. Crust. in Brit.

Mus. p. 85.

Angulus lateralis posticus segmenti postabdominis 3tii rectus; margine postico crenulato. Segmentum postabdominis 4tum incisura selliformi transversa.

Antennæ superiores articulo 1mo multo longiore quam crasso; articulo flagelli 1mo elongato, longitudinem trium articulorum sequentium junctorum æqvanti. Pedes 1mi paris prælongati; carpo elongato quadrangulari, paulo brevior quam articulo 5to; hoc quater aut quinqvies longior quam lato et parum curvato; ungue parvo. Pedes 2di paris ferme eadem crassitudine ac 1mi paris; articulo 3tio in margine antico dente obtuso armato; articulo 4to multo longior quam 3tio et fere duplo longior quam 5to; hoc duplo longior quam crasso. Appendix caudalis ferme ter longior quam lata et fere ad basin fissa. Søndfjord, Hardangerfjord, Haugesund.

C. Krøyeri. Bruzelius 1859. †.

Anonyx Krøyeri. Bruz., Skand. Amphip. Gavn. p. 45. Tab. II. f. 7. 1859.

Callisoma. Krøyeri, Spence Bate, Cat. of Amph. Crust. in Bris. Mus. p. 371.

Oculi magni, ovati, nigri. — Angulus lateralis posticus segmenti postabdominis 3ⁱⁱ perrotundatus. Segmentum postabdominis 4^{um} supra non impressum. Antennæ superiores articulo pedunculi 1^{mo} perbrevis. Pedes 1^{mi} paris carpo multo brevior quam manu, triangulari; manu ter longior quam lata. Pedes 2^{di} paris breviores et latiores quam apud speciem præcedentem; articulo 3^{io} spina obtusa carenti; carpo ovato, crasso, paulo longior quam manu ovata; hac duplo longior quam lata. Appendix caudalis duplo longior quam lata; profunde fissa. Finmarkia usque ad Bohusiam.

Gen. VI. Hippomedon. n. g.

Mandibulæ breves; mala exteriore angusta; in sinistra dente parvulo accessorio instructæ; palpo in eadem altitudine ac tuberculo molari permagno affixo.

Maxillæ 1^{mi} paris palpo in apice multis, brevibus, latis, parum serratis dentibus instructo; lamina interiore sat brevi, in apice duabus setis plumosis instructa.

Maxillæ 2^{di} paris laminis brevibus.

Pedes maxillares breves, lati; lamina exteriore ultra articulum palpi 2^{dum} porrecta, in margine interno dentibus crebris, validis armata; lamina interiore brevi.

Antennæ elongatæ; antennæ inferiores articulo 5^{to} multo longior quam 4^{to}.

Pedes 1^{mi} paris sat elongati; imprimis articulus 4^{tus}; manu invalida, subcheliformi.

Appendix caudalis elongata, profunde fissa, ultra pedunculum pedum saltatoriorum paris ultimi porrecta.

II. Holbølli. Krøyer 1846.

Anonyx Holbølli. Krøyer, Naturh. Tidsskr. 2 Række, 2 B. p. 8. 1846.

Anonyx denticulatus. Spence Bate, Catalogue etc. p. 74; pl. 12.

fig. 2. — mas.

Oculi magni, reniformes, rubri. Angulus lateralis posticus segmenti postabdominis 3tiii sursum productus et acutus. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio brevissimis; articulis pedunculi in extremo margine superiore productis; articulo flagelli 1mo longitudine 8—10 articulos sequentes junctos æqvanti; articulo flagelli accessorii 1mo longiore quam sequentibus duobus. Pedes 1mi paris manu elongata, ovata, duplo vel ter longiore quam lata et in acie oblique truncata, parum modo longiore quam dimidia carpi longitudine; carpo angusto. Pedes 2di paris manu ovata; articulo 2do paulo brevior quam carpo. Pedes parium trium ultimorum articulo 1mo haud valde dilatato; articulis reliquis angustis; articulo 3tio subdilatato; articulo 4to parum longiore; ungue longo et subcurvato. Pedes saltatorii paris ultimi ramis multo longioribus quam articulo basali. Appendix caudalis duplo longior quam ad basin lata, ultra medium fissa. Grœnlandia, Spitsbergia, Norvegia, Bohusia. 147

II. *abyssi*. Goës 1865.

Lysianassa abyssi. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 3. f. 5.

Angulus posticus lateralis segmenti postabdominis 3tiii acutus, sursum valde productus et curvatus. Oculi ovati, rubri. Antennæ articulo pedunculi 1mo prælongato; articulo flagelli 1mo brevi, longitudine articulos modo tres sequentes junctos æqvanti. Pedes 1mi paris manu parum brevior quam carpo, fere quadrangulari. Pedes 2di paris articulo 2do plus duplo longiore quam brevi. Pedes parium trium ultimorum articulo 1mo paulo brevior quam apud speciem præcedentem; articulis reliquis item multo brevioribus et latioribus; articulo 3tio vix longiore quam lato. Appendix caudalis paulo longior quam ad basin lata, in summo dimidio fissa; laciniis in apice truncatis, spinis quinque instructis. Grœnlandia.

Gen. VII. *Cyphocaris*. Lütken. n. g. 148

Mandibulæ brevissimæ; palpo longo et latissimo, in eadem altitudine ac tuberculo molari robusto affixo.

Maxillæ 1mi paris palpo apicem versus dentibus paucis sed validis et una seta prælongata plumosa armato; lamina interiore elongata, et in margine interno setis multis plumosis instructa.

Pedes maxillares lamina exteriori brevissima, in margine interno dentibus paucis sed validis armata; palpo prælongato; articulo 1mo et 2do eadem longitudine; articulo 4to cylindrico, non unguiformi, seta robusta plumosa instructo.

Antennæ inferiores articulo 1mo ab integumentis capitis non tecto, sed extus visibili, in incisura eorundem sito.

Pedes 1mi paris parvi; manu apicem versus acuta, vix subcheliformi.

Pedes 2di paris elongati, ungue destituti.

Appendix caudalis profunde fissa, longe ultra articulum basalem pedium saltatoriorum paris ultimi porrecta.

Segmentum trunci 1mum valde gibbosum; caput sub anulo situm, ex parte tectum; epimerum 1mum nullum, 2dum parvulum; 3tium et 4tum coalita, magna.

C. anonyx. Lütken. n. s.

Gibber anuli trunci 1mi tegit summum caput, quod propterea minimum videtur. Epimera duo coalita, postice latiores et in margine postremo pro 5to, latiore quam alto, incisa. Angulus posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii rectus. Antennæ superiores usque ad articulum postabdominis 1mum porrectæ; pedunculo brevi; articulo flagelli 1mo longitudinem articulorum octo sequentium junctorum æquanti; flagello accessorio longo, gracili, 5articulato, eadem longitudine ac articulo flagelli 1mo. Antennæ inferiores superioribus paulo longiores; articulo pedunculi 3tio brevi; articulo 5to brevior et angustior quam 4to. Pedes 1mi paris manu et carpo eadem longitudine, manu apicem versus attenuata; carpo extrorsum latiore. Pedes 2di paris articulo 2do et 4to eadem ferme longitudine; articulo 5to multo brevior. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo in margine postremo et infimo profunde serrato. Pedes 5ti paris angulo inferiore postico acuto, producto, parium duorum sequentium rotun-

dato. Pedes saltatorii paris ultimi ramis invicem eadem longitudine, lanceolatis, in margine interno setis crebris plumosis instructis. Appendix caudalis apicem versus acuta, fere ad basin fissa. Grœnlandia.

Gen. VIII. Eurytenes. Lilljeborg 1865.

Eurytenes. Lilljb., On the *Lysianassa magellanica*. p. 12. 1865.

Mandibule breves; palpo profundius quam tuberculo molari magno prominenti affixo.

Maxillæ 1mi paris palpo angusto, in apice nonnullas setas gerenti; lamina inferiore ovata, setis multis ciliatis instructa.

Maxillæ 2di paris laminis latis; exteriore multo longiore quam interiore.

Pedes maxillares lamina exteriore magna, in margine inferiore nodulis multis sed parvis instructa; lamina inferiore elongata; palpo longitudine mediocri; articulo ultimo unguiformi.

Antennæ inferiores articulo pedunculi 1mo magno et inflato, ab integumentis capitis non detecto, extus visibili; articulo 5to pedunculi longiore quam 4to.

Pedes 1mi paris breves, robustissimi, manu subcheliformi instructi.

Pedes 2di paris elongati.

Pedes saltatorii paris ultimi ramis brevibus et latis.

Appendix caudalis profunde fissa.

E. Gryllus. Mandt 1822.

Lysianassa Gryllus. Mandt, Observationes in histor. natural. in itinere Grœnland. factæ 1822; Dissert. p. 34.

Lysianassa magellanica. H. Milne-Edwards, Annales des Sciences naturelles, 3me série. Zoologie. Tome 9:me. 1848. p. 398.

Eurytenes magellanicus. Lilljb., On the *Lysianassa magellanica* etc. p. 11. Acta Ups. 3. ser. 1865. Tab. I. II. III. fig. 1--22.

Angulus lateralis capitis productus, in apice rotundatus. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 1mi et 3tii rotundatus, 2di vero acutus. Antennæ superiores articulis pedun-

culi brevissimis; articulo flagelli 1mo elongato, longitudinem 6 sequentium junctorum æquanti; articulo flagelli accessorii 1mo longitudinem 5 sequentium junctorum æquanti. Antennæ inferiores articulo 1mo valde inflato et articulum 2dum tegenti; 4to parum modo longiore quam lato, multo brevior et latior quam articulo 5to. Pedes 1mi paris carpo brevi, triangulari, manu plus duplo longiore quam lato, apicem versus angustior et parum curvata. Pedes 2di paris articulo 2do multo brevior quam carpo; manu elongata, angusta, in angulo inferiore postico producto et rotundato. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo brevi sed latissimo; articulo 3tio deorsum valde producto; articulo 4to pedum 5ti paris brevissimo; 5to elongato, longitudinem ferme articulorum duorum præcedentium junctorum æquanti. Pedes saltatorii paris ultimi ramo exteriori ferme duplo longiore quam pedunculo, in apice spina una valida instructo; ramo interiore paulo brevior et angustior quam exteriori; utroque in margine interno valde setoso. Appendix caudalis apicem versus angustior, ultra medium fissâ; laciniis postice acutis. Grœnlandia, Spitsbergia, Finmarkia.

Gen. IX. Aristias. n. g.

Mandibulæ elongatæ, angustæ, in apice vero latæ, sine dente accessorio; tuberculo molari prominenti, acuto, palpo in eadem altitudine infixo.

Maxillæ 1mi paris perlatae; in margine crebras setas plumosas gerentes; lamina interiore etiam brevi, ovata, in apice crebris setis plumosis instructa; at palpo angusto, in apice paucis spinis instructo.

Maxillæ 2di paris item laminis latissimis, in margine setis multis instructis; lamina exteriori angustior quam interiore.

Pedes maxillares lamina exteriori permagna, in margine setis paucis modo armata et ferme ad finem articuli palpi 3tii porrecta; articulo palpi 3tio brevi et gracili; 4to ungviformi; lamina interiore brevissima, triangulari, ad basin lata, et in apice uno dente et setis pluribus plumosis armata.

Antennæ superiores pedunculo elongato, angusto.

Pedes 1mi paris manu apicem versus angustiorè.

Pedes 2di paris elongati; manu sat angusta.

Pedes saltatorii paris ultimi ramo interiore paulo breviorè quam exteriorè; ramo interiore in margine externo et interno serrulato, exteriorè in margine interno modo.

Appendix caudalis brevissima, non ad finem pedunculi pedum saltatoriorum ultimi paris porrecta, usque ad basin fissa.

A. tumidus. Krøyer 1846.

Anonyx tumidus. Krøyer, Naturhist. Tidsskr. 2 Række. 2 Bd. p. 16. 1846.

Lysianassa Audouinana. Spence Bate, Brit. Assoc. Rep. 1855.

Lysianassa tumida. Goës, Crust. amphip. maris Spetsb. p. 2.

Oculi magni, reniformes, nigri. Epimera parva; 4tum parum modo altius quam latum, postice subincisum. Angulus inferior postiens lateralis segmenti postabdominis 3tii rectangularis. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio prælongatis. Pedes 1mi paris carpo brevi et lato; manu apicem versus angustiorè et in margine posteriore crebras spinas breves gerenti; ungue in margine interiore spinis nonnullis armato. Pedes 2di paris manu breviorè quam carpo, sed quater longiorè quam lata, in angulo inferiore postico producta. Pedes 3tii et 4ti paris articulo ultimo in angulo inferiore posteriore ad spinam producto. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo non valde dilatato; 5to in angulo anteriore inferiore spina armato. Pedes saltatorii 1mi paris ad finem 3tii paris porrecti; pedes saltatorii 2di paris breviorès; ramo interiore 1mi 2dique paris et ramo exteriorè paris ultimi in margine interno spinis multis gracilibus, brevibus et nonnullis longis instructo; ramo ultimi paris interiorè breviorè, lanceolato èt in margine utroque spinas tenues gerenti. Grœnlandia, Spitsbergia, Norvegia, Bohusia.

Gen. X. Anonyx. Krøyer 1838.

Anonyx. Krøyer, Grønlands Amphipoder beskrevne. Kjøbenhavn 1838. p. 14.

Hypostomum cassiforme.

Mandibulae palpo propius apicem quam tuberculo molari valde prominenti affixo.

Maxillae 1mi paris lamina interiore ovata, parva, in apice duabus setis plumosis instructa.

Maxillae 2di paris laminis latis brevibusque; lamina interna multo brevior quam externa.

Pedes maxillares lamina exteriori parva, non ad finem articuli palpi 2di porrecta et in margine nodulosa; palpo robusto; articulo ultimo unguiformi.

Pedes 1mi paris plus minusve elongati robusti; manu quadrangulari, in acie oblique truncata.

Appendix caudalis longior quam pedunculo pedum saltatorum ultimi paris.

Pedes saltatorii ultimi paris ramis longioribus quam pedunculo, setosis.

Corpus non altum. Epimera haud alta; 4tum non valde incisum; 5tum non latius quam altum.

Angulus inferior posticus segmenti postabdominis 3tii productus et sursum acutus.

A. *Lagena*. Krøyer 1838.

Lysianassa (*Anonyx*) *lagena*. Krøyer, Grønl. Amphip. Danske Vidensk. Aft. VII. 237. T. 1. f. 1. ♀.

Lysianassa (*Anonyx*) *appendiculosa*. Krøyer, Grønl. Amphip. Danske Vidensk. Selsk. Aft. VII. 240. T. 1. f. 2. ♂.

Anonyx ampulla. Krøyer, Naturh. Tidskr. 2 R. 1 B. pag. 578.

Angulus lateralis capitis rotundatus. Angulus inferior posticus segmenti postabdominis 3tii valde productus et sursum acutus. Oculi magni, ampullacei, nigri. Antennae superiores articulo pedunculi 1mo pluribus partibus longiore quam duobus caeteris junctis; articulo flagelli 1mo brevi, longitudinem 2—3 articulorum sequentium junctorum aequanti; articulo flagelli appendicularis 1mo 10—12articulato, longitudinem articuli flagelli 1mi aequanti. Antennae inferiores articulo pedunculi 5to paulo brevior quam

4to, et haud duplo longiore quam lato. Pedes 1mi paris articulo 2do brevi; carpo brevi, triangulari; manu apicem versus angustiore et longitudine carpum superanti. Pedes 2di paris articulo 2do et carpo longitudine ferme æqualibus. Pedes trium parium ultimorum articulo 3tio brevior quam 4to, 5ti et 6ti paris dilatato, 7mi paris non dilatato. Pedes saltatorii ultimi paris ramis elongatis, lanceolatis, in margine interiore setis multis plumosis instructis. Appendix caudalis duplo longior quam ad basin lata. Grœnlandia, Spitsbergia, Norvegia, Bohusia.

A. Lilljeborgii. n. s.

Oculi magni rubri. Angulus capitis lateralis rotundatus. Segmentum postabdominis 4tum transverso profunde depressum. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo fere eadem longitudine ac crassitudine; e articulo flagelli 1mo brevissimo longitudinem articulorum duorum sequentium junctorum æquanti; flagello accessorio ex articulis tribus elongatis composito. Pedes 1mi paris carpo et manu fere eadem longitudine. Pedes 2di paris carpo longiore quam articulo 2do et parum modo longiore quam manu angusta. Appendix caudalis ter longior quam lata, profunde fissa. Pedes saltatorii ultimi paris ramis multo angustioribus quam apud speciem præcedentem, in margine interiore setis et aculeis instructis. Christianiafjord, Hangesund.

A. Martensi. Goës 1865. †.

Lysianassa Martensi. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 3. f. 2.

Angulus lateralis capitis non longe productus, rotundatus. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo eadem longitudine ac crassitudine; articulo flagelli 1mo haud longiore quam articulis sequentibus duobus junctis. Antennæ inferiores articulo 4to duplo ferme longiore quam lata. Pedes 1mi paris manu brevissima, haud duplo longiore quam lata. Pedes 2di paris breves; articulo 2do et carpo eadem ferme longitudine; carpo non duplo longiore quam manu ovata. Pedes saltatorii ultimi paris ramis angustis,

hand magnopere setosis. Appendix caudalis duplo ferme longior quam ad basin lata; laciniis in apice subserratis. Spitsbergia.

A. gulosus Krøyer 1845.

Anonyx gulosus. Krøyer, Naturhist. Tidsskr. 2 Række. 1 Bd. pag. 611. *1 ny Scand. pl. 14 f. 2.*

Anonyx Norvegicus. Lilljb., Öfvers. af Kong. Wetensk. Akademiens Förh. 1851. p. 22.

Anonyx Holbølli. Spence Bate, Cat. of Amph. Crust. in Brit. Mus. p. 75. Pl. XII. f. 4.

Lysianassa gulosa. Goës, Crustacea Amp. maris Spetsb. alluentis. p. 4.

Angulus capitis lateralis rotundatus. Angulus lateralis posticus segmenti postabdominis 3^{ti} acutus. Oculi ovati, rubri. Antennæ superiores articulo pedunculi 1^{mo} brevi, crasso; articulo flagelli 1^{mo} perbrevi; flagello appendiculari gracillimo, 3–4articulato. Antennæ inferiores articulo 5^{to} ferme duplo longiore quam lato. Pedes 1^{mi} paris multo magis elongati quam apud speciem præcedentem; articulo 2^{do} longitudinem carpi ferme æqvanti; manu rectangulari, elongata; carpo longiore; ungue in apice uno denticulo instructo. Pedes saltatorii ultimi paris ramis angustis et in margine interiore setosis. Appendix caudalis ter ferme longior quam ad basin lata, fere usque ad basin fissa; laciniis in margine exteriori dentibus duobus, in apice dente uno armatis. Grœnlandia, Spitsbergia, Norgegia, Bohusia.

A. pumilus. Lilljeborg 1865.

Anonyx pumilus. Lilljb., On the *Lysianassa magellanica* etc. p. 26. 1865. Tab. IV. f. 35–41.

Lysianassa producta. Goës, Crustacea Amphipoda maris Spetsb. alluentis. p. 3. Pl. XXXVII. f. 4.

Angulus lateralis capitis anticus longe productus, acutus. Angulus lateralis posticus segmenti postabdominis 3^{ti} sursum recurvus, acutus. Segmentum postabdominis 5^{tu}m in medio margine posteriore dente acuto instructum. Epimerum 5^{tu}m paulo altius quam latum. Antennæ superiores articulo pedunculi 2^{do}

et 3tio brevissimis; articulo flagelli 1mo brevi, longitudinem articulorum duorum sequentium junctorum fere æqvanti; flagello appendiculari parvo 3articulato; articulo ejusdem 1mo brevior quam duobus cæteris junctis. Pedes 1mi paris breves, robusti; carpo triangulari; manu longitudinem carpi ferme æqvanti, apicem versus attenuata. Pedes quinque parium posteriorum ungvibus longis et fere rectis. Pedes saltatorii ultimi paris ramis subulatis, non setosis. Appendix caudalis duplo ferme longior quam ad basin lata, fere usque ad radicem fissa. Spitsbergia, Norvegia, Bohusia.

Gen. XI. Onisimus. n. g.

?Alibrotus. Milne-Edwards, Hist. des Crust. III. p. 23.

Hypostomum prominens.

Mandibulæ palpo in eadem altitudine ac tuberculo molari medio cri affixo; in apice dente firmo et dente accessorio angusto instructæ.

Labium inferius laciniis in apice spina una armatis.

Maxillæ 1mi paris lamina inferiore parva, ovata, in apice setas duas plumosas gèrenti; palpo in apice 5—6 spinis instructo.

Maxillæ 2di paris laminis brevissimis; exteriore duplo fere longiore quam interiore.

Pedes maxillares laminis exterioribus parvis, non ad finem articuli palpi 2di porrectis; in margine interno nodis paucis et in apice dente una instructis.

Epimera quatuor anteriora angusta; epimerum 4tum subcurvatum.

Angulus inferior posticus segmenti postabdominis 3tii acutus.

Antennæ plus minusve prælongatæ.

Antennæ inferiores articulo 5to brevior quam 4to.

Pedes 1mi paris brevissimi, robusti; manu quadrangulari, in acie oblique truncata.

Pedes saltatorii ultimi paris ramis brevibus.

Appendix caudalis sat brevis, non ad finem pedunculi pedum saltatoriorum ultimi paris porrecta.

O. litoralis. Kroyer 1845.

Anonyx litoralis. Kroyer, Naturh. Tidsskr. 2 Række. 1 B. p. 621.

Alibrotus litoralis. Spence Bate, Catalogue of Amph. p. 86.

Lysianassa litoralis. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 5.

Oculi parvi, reniformes, rubri. Antennæ prælongatæ; superiores tertiam longitudinis animalis partem æqvantes; articulo pedunculi 2do et 3tio angusto; articulo flagelli 1mo brevi, longitudine modo sequentibus 3—4 junctis æquali. Antennæ inferiores articulo 5to brevior et angustior quam 4to. Pedes 1mi paris manu rectangulari, paulo longior quam lata et parum longior quam carpo triangulari. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo in margine posteriore valde serrato; articulo 3tio brevi, in angulo inferiore postico subdilato et subproducto; articulo 4to paulo longior et angustior; articulo 5to longitudine ferme articulis duobus præcedentibus junctis æquali. Pedes 7mi paris articulis posterioribus quatuor junctis longioribus quam articulo 1mo. Pedes saltatorii ultimi paris ramis longitudinem pedunculi vix superantibus, in margine interiore setosis. Appendix caudalis longior quam lata, in margine posteriore subinsinuata et spinis duabus instructa. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii acutus. Grœnlandia, Spitsbergia, Finmarkia.

O. plautus. Kroyer 1845.

Anonyx plautus. Kroyer, Nat. Tidssk. 2 R. 1 B. p. 629.

Lysianassa planta. Goës, Crust. Amphip. maris. Spetsb. p. 5.

Angulus capitis lateralis subacutus. Oculi rubri, magni, ovales. Antennæ breves; superiores articulo pedunculi 1mo elongato, cæteris duobus sat brevibus; articulo flagelli et flagelli accessorii 1mo prælongato, longitudine articulis sequentibus quinque junctis fere æquali. Pedes 1mi paris manu vix longior quam carpo. Pedes trium parium ultimorum articulo 3tio latissimo, in angulo inferiore postico producto; articulo 4to angustior, fere eadem

longitudine ac 3tio. Pedes 7mi paris articulo 1mo longiore aut parum brevior quam sequentibus quatuor junctis. Pedes saltatorii ultimi paris ramis in margine haud setosis. Appendix caudalis longior quam lata, in margine posteriore parum incisa. Angulus inferior posticus segmenti postabdominis 3tii sursum productus, acutus. Spitsbergia, Grœnlandia, Haugesund.

O. Edwardsii. Krøyer 1846.

Anonyx Edwardsii. Krøyer, Naturh. Tidsskr. 2 Række. 2 B. p. 1. 1846. *Voy. Scand. pl. 16, p. 1.*

Non. Spence Bate, Catalogue etc. p. 73. T. 11. f. 5.

Oculi magni, rubri. Antennæ breves; pedunculo crasso; articulo flagelli 1mo longitudine modo sequentibus duobus aut tribus junctis æquali, at flagelli accessorii longiore. Pedes 1mi paris manu magis elongata quam apud speciem priorem, curvata, multo longiore quam articulo 4to triangulari. Pedes trium parium ultimorum articulo 3tio parum dilatato; articulo 5to brevior quam præcedentibus duobus junctis. Pedes 7mi paris articulo 1mo non longiore quam cæteris junctis. Pedes saltatorii paris ultimi ramis brevissimis. Appendix caudalis eadem ferme brevitatem et longitudinem, in margine posteriore sinuata. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii sursum non productus. Grœnlandia, Spitsbergia, Norvegia, Bohusia.

Gen. XII. Menigrates n. g.

Mandibulæ brevissimæ; palpo brevi, profundius quam tuberculo molari robusto affixo.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore ovata, in apice setis duabus plumosis instructa; palpo in apice paucas spinas gerenti.

Maxillæ 2di paris laminis mediocriter elongatis.

Pedes maxillares latissimi, breves; lamina exteriori ultra finem articuli palpi 2di porrecta, paucis spinis gracilibus et nodis et in apice spina una valida armata; articulis palpi brevissimis et latis; articulo 4to processum brevem, obtusum, tuberculiformem formanti.

Corpus peraltum et crassum.

Antennæ sat breves.

Pedes 1mi paris robustissimi; manu vix subcheliformi.

Pedes saltatorii brevissimi et crassi.

M. obtusifrons. Boeck 1860. *p. 643.*

Anonyx obtusifrons. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 643.

Anonyx brachycercus. Lilljb., On the *Lysianassa magellanica* etc. p. 27. 1865.

Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo ferme eadem longitudine ac crassitudine; articulo flagelli 1mo longitudine ferme sequentibus duobus junctis æquali; articulo flagelli accessori 1mo longiore quam articulo flagelli eodem. Antennæ inferiores articulo 5to paulo longiore quam lato, brevior quam 4to. Pedes 1mi paris manu apicem versus angustior et multo longior quam carpo triangulari. Pedes 2di paris articulo 2do brevior quam carpo. Pedes parium trium ultimorum brevissimi et sat lati; articulo 3tio et 4to majore latitudine quam altitudine; hoc brevior quam illo. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori parum longior quam pedunculo, interiori brevior. Appendix caudalis paulo longior quam lata, in exteriori tertia parte fissa. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii sursum curvatus et acutus. Christianssund, Buknfjord, Farsund.

Gen. XIII. Orchomene. n. g.

Hypostomum prominens, cassiforme.

Mandibulæ longæ, angustæ; palpo profundius quam tuberculo molari prominenti affixo.

Maxillæ 1mi paris lamina interiori prælongata, angusta, infra in apice setas duas plumosas gerenti; palpo in apice dentibus multis, minutis instructo.

Maxillæ 2di paris laminis perlongis et perangustis; exteriori paulo longior et angustior quam interiori.

Pedes maxillares lamina exteriori ultra finem articuli palpi 2di porrecta; articulo palpi 1mo magno.

Corpus sat altum. Epimerum 5tum altius quam latius. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii non sursum productus et curvatus.

Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio prælongato, angusto.

Pedes 1mi paris brevissimi, robusti; manu quadrangulari, longitudinem carpi triangularis superanti.

Pedes 2di paris manu in angulo inferiore postice producta.

Appendix caudalis brevissima, in apice parum fissa, non ad finem pedunculi pedum saltatoriorum ultimorum porrecta.

O. pingvis. Boeck 1860. *pl. 15. fig. 1.*

Anonyx pingvis. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 642.

Oculi magni, reniformes, rubri. Angulus posticus lateralis capitis rotundatus. Epimerum 5tum eadem altitudine ac latitudine. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii valde rotundatus. Segmentum postabdominis 4tum transverso impressum et in margine posteriore gibbosum. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo crassissimo; articulo flagelli 1mo longitudine sequentes 5—6 junctos æqvanti. Pedes 1mi paris carpo brevissimo; manu duplo longiore quam lata. Pedes 5ti paris articulo 1mo postice valde dilatato et latiore quam alto. Pedes saltatorii ultimi paris ramis setosis. Appendix caudalis duplo longior quam ad basin lata, et in exteriori tertia parte fissa.

O. serratus. Boeck 1860.

Anonyx serratus. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 641.

Anonyx Edwardsii. Spence Bate, Catalogue etc. p. 73. Pl. XI, fig. 5.

Lysianassa crispata. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 3. fig. 3.

Angulus capitis anticus lateralis valde productus, rotundatus. Oculi ovati, nigri. Segmentum postabdominis 3tium in margine posteriore serratum. Epimerum 5tum latius quam altum. An-

tennæ superiores articulo 1mo pedunculi sat elongato; articulis duobus sequentibus brevissimis; articulo flagelli 1mo longitudine sequentes 2—3 junctos æqvanti. Pedes 1mi et 2di paris æqve ut apud speciem præcedentem. Appendix caudalis brevissima, lata, postice incisa. Spitsbergia, Norvegia.

O. minutus. Krøyer 1846.

Anonyx minutus. Krøyer, Naturh. Tidsskr. 2 R. 2 B. p. 23.

Lysianassa minuta. ^{Coop. Spitsb. Jul. 1842.} Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 4.

Oculi magni, ovati, rubri. Angulus capitis lateralis productus et rotundatus. Epimerum 5tum altius quam latum. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii fere rectus. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo brevi et crasso; articulo flagelli 1mo longitudine ferme sequentibus tribus junctis æquali; articulo flagelli accessori 1mo brevior quam articulo flagelli 1mo et multo brevior quam articulis cæteris. Pedes 1mi paris manu longitudinem carpi ferme æqvanti. Pedes trium parium ultimorum multo breviores quam apud species duas præcedentes. Appendix caudalis profunde fissa; rima valde hianti. Spitsbergia, Grænlandia, Norvegia.

O. Goësi. n. s.

Oculi magni, ovati, nigri. Angulus capitis lateralis valde rotundatus. Epimerum 5tum altius quam latum. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii rotundatus. Segmentum postabdominis 4tum transverso profunde impressum et postice pergibbosum. Antennæ superiores brevissimæ; articulo pedunculi 1mo paulo longiore quam lato; articulo flagelli 1mo longitudine articulos duos sequentes junctos æqvanti. Pedes 1mi paris manu ovata, haud duplo longiore quam lata, longitudinem carpi triangularis superanti. Pedes trium parium ultimorum et pedes saltatorii brevissimi. Pedes saltatorii 3tii paris pedunculo apicem versus valde dilatato; ramis parvulis. Appendix caudalis apicem versus parum incisa. Haugesund.

O. umbo. Goës 1865.

Lysianassa umbo. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 4. f. 6.

Corpus peraltum, compressum; dorso valde carinato; carina in segmento postabdominis 1mo et 2do in denticulum, in 3tio et 4to in dentem sursum productum desinenti. Angulus capitis anticus lateralis productus. Epimerum 5tum in medio gibbera magnum eminens. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo crassissimo carinato; carina in apice in dentem obtusum desinenti; articulis duobus sequentibus longitudinem articuli 1mi æquantibus; articulo flagelli 1mo fere eadem longitudine quam sequentibus duobus junctis. Pedes 1mi paris manu elongata, parum longiore quam carpo angusto. Pedes 2di paris carpo apicem versus postice producto. Pedes trium parium ultimorum breves; articulis quatuor ultimis angustis. Appendix caudalis profunde fissa. Spitsbergia, Nordlandia.

Gen. XIV. Tryphosa. n. g.

Hypostomum plus minusve prominens.

Mandibulæ palpo gracili fere in eadem altitudine ac tuberculo molari affixo; articulo palpi 3tio brevi.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore ovata, in apice setas duas plumosas gerenti; palpo in apice dentibus nonnullis obtusis instructo.

Maxillæ 2di paris laminis haud valde prælongatis.

Pedes maxillares lamina exteriori lata, ovata, in margine interiore nodis multis, in apice spinis duobus armata, ultra finem articuli palpi 2di porrecta.

Pedes 1mi paris elongati.

Appendix caudalis prælongata, ultra finem articuli ultimi pedum saltatoriorum porrecta.

T. nanus. Kroyer 1846.

Anonyx nanus. Kroyer, Naturh. Tidsskr. 2 R. 2 Bd. p. 30. 1846.

Oculi ovati, rubri. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii neque acutus neque productus. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio elongatis, junctis

paulo brevioribus quam articulo 1mo; articulo flagelli 1mo elongato, longitudine 3—4 articulos sequentes junctos æqvanti; flagello appendiculari ad finem articuli 3tii flagelli porrecto; articulo 1mo flagelli appendicularis eadem longitudine ac articulo flagelli 1mo et pluribus partibus longiore quam sequentibus duobus junctis. Pedes 1mi paris manu longitudinem carpi æqvanti, duplo longiore quam lato. Appendix caudalis duplo longior quam ad basin lata, ultra medium fissa. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori in margine interiore setas plumosas gerenti. Kattegat, Farsund, Haugesund.

T. Horingii. n. s.

Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio brevissimis; articulo flagelli 1mo brevi, longitudine sequentibus 2—3 junctis æquali. Pedes 1mi paris multo longiores et angustiores quam apud speciem præcedentem; manu et carpo eadem longitudine. Appendix caudalis fere usque ad basin fissa. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori haud setoso. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii fere rectus.

T. nanoides. Lilljeborg 1865.

Anonyx nanoides. Lilljb., On the *Lysianassa magellanica* etc. p. 25, 1865.

? *Anonyx nanus.* Bruz., Skand. Amphip. gammar. p. 42.

Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii productus sed in apice obtusus. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio brevissimis; articulo flagelli 1mo tertiam longitudinis flagelli partem æqvanti; flagello appendiculari 6articulato, ad articulum flagelli 5tum porrecto. Pedes 1mi paris manu et carpo eadem longitudine. Pedes saltatorii ultimi paris spinis, non setis armati. Nordlandia, Haugesund, Bohusia.

T. longipes. Spence Bate 1863.

Anonyx longipes. Spence Bate, Catalogue etc. p. 79. pl. XIII. fig. 4. — ♀.

Anonyx ampulla. Spence Bate, Catalogue etc. p. 79. pl. XIII.
fig. 5. — ♂.

Oculi ovati, rubri. Angulus lateralis capitis productus et acutus. Antennæ superiores elongatæ; pedunculo angusto attenuato; articulo flagelli 1mo longitudine sequentibus 4 junctis æquali. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii valde sursum productus et acutus. Hypostomum antice in longum acumen curvatum productum. Pedes 1mi paris elongati, tenues; manu elongata, rectangulari; carpo ferme eadem longitudine; ungue parvo, dente uno prope apicem armato. Pedes trium parium ultimorum longissimi et angustissimi; articulo 1mo postice dilatato; ungue longo recto. Pedes saltatorii ultimi paris ramis lanceolatis; ramo utroque longitudine æqualibus, in margine interiore setosis. Appendix caudalis plus quam duplo longior ac ad basin lata, in duabus tertiis partibus fissa; utraque lacinia supra spinas 1—3 gerenti. Christianssund, Haugesund, Farsund, Christianiafjord.

Gen. XV. Normania. n. g.

Mandibulæ palpo gracillimo, elongato.

Maxillæ 1mi paris palpo latissimo, ovato; lamina interiore angusta, non vero prælongata, setas duas plumosas gerenti.

Maxillæ 2di paris lamina angustis, non vero longis.

Pedes maxillares lamina exteriori latissima, in margine spinis paucis gracilibus instructa; lamina interiore prælongata, angusta; palpo multo brevior quam lamina exteriori, triarticulato; articulo palpi 4to absenti.

Antennæ superiores breves, non crassi.

Antennæ inferiores breves; segmento pedunculi 1mo inflato et extus visibili.

Pedes 1mi paris manu magnopere inflata, lata, valde subcheliformi.

Pedes 2di paris elongati.

Pedes saltatorii elongati.

Appendix caudalis perbrevis, lata, non fissa.

N. quadrimana. Spence Bate et Westwood 1868.

Opis quadrimana. Spence Bate and Westwood. A Hist. of the Brit. sessile. eyed. Crust. Vol. II. p. 503.

Oculi permagni, ovati. Antennæ superiores articulo 1mo elongato, angusto; articulo flagelli 1mo longitudine sequentibus duobus junctis æquali. Antennæ inferiores articulo pedunculi 5to brevior quam 4to; articulo 1mo non valde inflato. Pedes 1mi paris manu magna, fere rhomboidali, in acie truncata, postice spina valida armata. Pedes 2di paris manu angusta, in angulo inferiore postico laterali producta, longitudine carpum dimidium ferme æquanti. Pedes trium parium ultimorum articulis postice non valde dilatatis; articulo 3tio brevi, multo brevior quam 4to. Pedes 5ti paris articulo 4to multo longior quam 3tio, longitudine ferme 5to æquali; ungue longitudinem articuli ultimi fere æquanti. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo breviores. Appendix caudalis latior quam longa, in margine interiore parum insinuata. Haugesund.

Gen. XVI. Opis. Krøyer 1842.

Opis. Krøyer, Naturh. Tidsskr. 1 R. 4 B. p. 149. 1842.

Mandibulæ palpo profundius quam tuberculo molari affixo.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore angusta, non longa, in apice setas duas plumosas gerenti.

Maxillæ 2di paris laminis angustis, non vero longis.

Pedes maxillares lamina exteriori elongata, angusta, in margine interiore denticulis instructa, fere ad finem articuli palpi brevis 3tii porrecta; articulo palpi 4to unguiformi.

Pedes 1mi paris manu permagna, inflata, in angulo inferiore antico producta et acuta.

Appendix caudalis prælongata, profunde fissa.

O. typica. Krøyer 1842.

Opis typica. Krøyer, Naturh. Tidsskr. 2 R. 2 B. p. 46.

Opis Eschrichti. Krøyer, Naturh. Tidsskr. 1 R. 4 B. p. 149.

Oculi oblongi, reniformes, nigri. Angulus inferior posticus

lateralis segmenti postabdominis 3tiii rotundatus. Epimerum 5tum latius quam altum. Antennæ superiores pedunculo brevī; articulo pedunculi 1mo duplo longiore quam duobus sequentibus junctis; articulo flagelli 1mo longitudine sequentibus 4—5 junctis æquali. Antennæ inferiores articulo 5to breviorē quam 4to. Pedes 1mi paris manu latiore quam longa, in angulo inferiore postico laterali valde producta et acuta. Pedes 2di paris manu ovata, breviorē quam carpo; carpo longitudine articulo 2do ferme æquali. Pedes saltatorii ultimi paris ramis longioribus quam pedunculo, angustis, in margine interiore setas longas plumosas gerentibus. Appendix caudalis ter longior quam ad basin lata et fere usque ad basin fissa. Grœnlandia, Finmarkia.

Gen. XVII. Acidostoma. Lilljeborg 1865.

Acidostoma. Lilljb., On the *Lysianassa magellanica* etc. p. 34. 1865.

Mandibulæ dente parvo accessorio et tuberculo molari carentes; palpo perlongo et tenui, profunde infra affixo.

Maxillæ 1mi paris palpo destitutæ; lamina interiore elongata, in apice setas paucas gerenti.

Maxillæ 2di paris laminis perangustis, longis.

Pedes maxillares lamina exteriorē magna in margine interiore nodulis paucis instructa; lamina interiore elongata, ad apicem setis paucis instructa; palpo pergracili, et parum modo ultra finem laminæ exterioris porrecto; articulo ultimo noduliformi.

Pedes 1mi paris breves, robusti; manu subcheliformi.

Pedes 2di paris graciles, ungue carentes.

Pedes saltatorii breves.

Appendix caudalis brevis, lata, profunde fissa.

A. obesum. Spence Bate.

Anonyx obesus. Spence Bate, Catalogue etc. p. 74.

Acidostoma obesum. Lilljb., On the *Lysianassa magellanica* etc. p. 34. 1865.

Corpus obesum; dorso rotundato. Oculi parvuli, rotundi, nigri. Epimerum 5tum latius quam altum. Angulus inferior

posticus lateralis segmenti postabdominis 3tiii fere rectus. Antennæ superiores pedunculo brevi; articulo flagelli 1mo vix longiore quam articulo sequenti; flagello accessorio elongato, angusto, flagello fere æquali. Pedes 1mi paris carpo triangulari; manu apicem versus attenuata. Pedes 2di paris manu elongata, æquilata, multo brevior quam carpo. Pedes 3tiii et 4ti paris ungue paulo brevior quam articulo 5to. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo postice valde dilatato, in margine posteriore serrato, longitudine articulis reliquis junctis fere æquali; articulo 2tio et 4to latissimis et brevissimis; ungue fere recto. Pedes saltatorii paris ultimi ramis longioribus quam pedunculo, in margine non setosis. Appendix caudalis eadem ferme longitudine ac latitudine; profunde fissa. Molde, Haugesund, Farsund, Bohusia.

II

Subfamilia III. Pontoporeinæ. Dana 1852. (27)

Labium superius latum, in apice rotundatum.

Mandibulæ in apice altæ et valde dentatæ, ramo accessorie instructæ; tuberculo molari prævalido et palpo 3articulato.

Maxillæ 1mi paris palpo biarticulato, in apice dentibus validis armato; lamina interiore plerumque magna, in margine interiore setosa.

Maxillæ 2di paris laminis latissimis.

Pedes maxillares palpis brevibus et validis; lamina exterior dentibus asperrimis instructa.

Corpus altum, compressum; dorso lato.

Epimera magna, in marginibus inferioribus plumosa.

Antennæ superiores breves, validæ, flagello appendiculari instructæ.

Pedes 2di paris graciles, interdum manu subcheliformi instructi.

Pedes trium parium ultimorum apud genera forma diversa, maxime pedes 5ti paris; pedes 7mi paris paulo breviores quam 6ti paris, articulo 1mo valde dilatato; pedes 6ti paris ut plurimum longiores quam 5ti paris.

Pedes saltatorii biramosi; ultimi paris ramo interiore plerumque multo brevior quam exterior.

Appendix caudalis lata, brevis, plus minusve fissa.

Gen. I. Pontoporeia. Krøyer 1842.

Pontoporeia. Krøyer, Nye nordiske Slægter og Arter af Amphipodernes Orden. ^{begin on p. 144} Naturh. Tidsskr. 1 R. 4 B. p. 141. 52

Epimera anteriora quatuor lata, longitudine gradatim crescentia, in margine inferiore fere truncata.

Pedes 1mi paris breves, lati, robusti, manu subcheliformi.

Pedes 2di paris manu angustiore, ungue parvulo.

Pedes 3tii et 4ti paris robusti.

Pedes 5ti et 6ti paris articulo 1mo postice paulo dilatato; ungue parvo.

Pedes 7mi paris articulo 1mo postice magnopere dilatato, clipeiformi; ungue parvo.

Pedes 6ti paris longiores quam 5ti et 7mi paris.

Pedes saltatorii ultimi paris ramis universis longitudine fere æqualibus.

Appendix caudalis fere ad basin fissa.

P. femorata. Krøyer 1844.

Pontoporeiæ femoratae. Krøyer, ^{d. p. 144} Naturh. Tidsskr. 1 R. 4 B. p. 153.

Antennæ superiores flagello appendiculari biarticulato; articulo 2do minimo. Segmentum postabdominis 4tum processum parvum, in apice fissum emittens. Pedes 1mi paris manu triangulari, parum longiore quam lata. Pedes 2di paris elongati; manu multo brevior quam carpo, circiter ter longior quam crassa. Pedes 7mi paris articulo 3tio longior quam 4to; hoc longior quam 5to. Grænlandia, Spitsbergia.

P. furcigera. Bruzelius 1859.

Pontoporeia furcigera. Bruz., Amphip. gammar. K. Vet. Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 49. f. 8.

Antennæ superiores flagello accessorio 3articulato. Segmentum postabdominis 4tum processu magno, in apice furcato, instruc-

tum. Pedes 2di paris breves et crassiores quam apud speciem præcedentem; manu duplo longiore quam lata. Appendix caudalis parum longior quam ad basin lata. Bohusia.

P. affinis. Lindström 1855.

Pontoporeia affinis. Lindström, Öfvers. af Kongl. Vetensk. Akad. Förhandl. 1855. p. 63.

Antennæ superiores flagello accessorio 3articulato; articulo 1mo fere duplo longiore ac articulis reliquis junctis. Segmentum postabdominis 4tum leve. Appendix caudalis brevior quam ad basin lata et ultra dimidium fissa. Pedes 1mi paris magis elongati quam apud species antecedentes. Pedes 7mi paris articulo 3tio brevior quam 4to; hoc longitudinem 5ti ferme æqvanti. Ad oras balthicas.

Gen. II. Priscilla. n. g.

Epimera anteriora quatuor rigida, longa, attenuata, in apice setis longis plumosis instructa.

Pedes 1mi et 2di paris inter se eadem fere forma; manu parva, subcheliformi instructi.

Pedes 3tii et 4ti paris robusti; articulo ultimo serie setarum validarum instructo.

Pedes 5ti et 6ti paris articulo 1mo perrigido, parum dilatato, in angulo superiore producto.

Pedes 7mi paris articulo 1mo valido, clipeiformi, dilatato; articulo 5to in apice spinis multis, rigidis armato.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore parvulo.

Appendix caudalis latissima, insinuata modo, non fissa.

P. armata. n. s.

Antennæ setas longas plumosas gerentes. Antennæ superiores articulo 2do in apice marginis superioris nodo instructo. Antennæ inferiores articulo 4to multo latiore quam 5to. Pedes 5ti paris articulo 1mo in angulo superiore postico sursum producto et acuto. Pedes 6ti paris articulo 1mo longiore quam 5ti

paris et in angulo superiore postico spina una valida armato. Segmentum postabdominis 2dum et 3tium spinis singulis obtusis armata. Appendix caudalis parum longior quam lata, in margine interiore paululum incisa. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori lanceolato, in margine exteriori setoso, circiter ter longiore quam ramo interiore, brevi, ovato. Norvegia.

Gen. III. Argissa. n. g.

Antennæ superiores inferioribus multo breviores.

Epimerum 1mum magnum, in margine inferiore rotundatum. Epimera cætera magnitudine valde decrescentia; epimerum 3tium parvulum, sed 4tum pergrande, clipeoforme.

Pedes 1mi et 2di paris inter se eadem forma, sed infirmi; manu subcheliformi.

Pedes 3tii et 4ti paris ungue minimo.

Pedes 5ti et 6ti paris articulo 1mo postice sat dilatato; unguibus parvulis.

Pedes 7mi paris articulo 1mo pergrandi, clipeoformi; ungue parvo.

Pedes saltatorii ultimi paris ramis universis inter se fere eadem longitudine.

Appendix caudalis elongata, usque ad basin fissa.

A. typica. n. s.

Antennæ superiores pedunculo inferiorum minores. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio longissimo; 4to paulo longiore quam 5to. Pedes 1mi et 2di paris manu elongata, ovata, multo brevior et angustior quam carpo. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio brevior quam 4to; 5to perbrevis, angustus; ungue minimo, curvatus. Pedes 7mi paris articulo 1mo latissimo, in margine inferiore rotundato et fere ad finem articuli 3tii producto; articulo 3tio longior et latior quam 4to; 5to brevi angustoque, ungue parvo, recto. Pedes saltatorii ultimi paris ramis eadem fere longitudine, elongatis, lanceolatis et in margine interiore setosis. Appendix caudalis fere duplo longior quam ad basin lata; profunde fissa. Christianiafjord.

Gen. IV. Bathyporeia. Lindström 1855.

Bathyporeia. Lindström, Öfvers. af Kongl. Vetensk. Akad. Förhandl. 1855. p. 59.

Thersites. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855.

Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo clavato, apicem versus inflato; articulis duobus sequentibus in extremo margine inferiore sitis.

Pedes 1mi paris parvi, vix manu subcheliformi instructi.

Pedes 2di paris elongati, setis longis plumosis instructi; manu spatuliformi; ungue absentis.

Pedes 3tii et 4ti paris robusti.

Pedes 5ti paris articulo 1mo et 3tio latissimis, hoc maxime setis longis plumosis instructo; articulis duobus ultimis tenuibus; ungue absentis.

Pedes 7mi paris articulo 1mo laminiformi, dilatato, sat brevi; articulis reliquis elongatis; articulo ultimo in apice spinis validis pluribus armato.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori elongato, 2articulato, setoso; lamina interiori parvula.

Appendix caudalis profunde fissa.

B. pilosa. Lindström 1855.

Bathyporeia pilosa. Lindström, Öfvers. af Kongl. Vetensk. Akad. Förhandl. 1855. p. 59.

Thersites Guilliansoniana. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 59. — ♀.

Thersites pelagica ibidem. — ♂.

Segmentum postabdominis 4tum carinatum; carina paucis spinis brevibus et setis instructa. Pedes 1mi paris manu elongata, ovata, multo brevior quam carpo. Pedes 5ti paris articulo 1mo multo longior quam lato, deorsum rotundato; articulo 3tio magno, lato, ovato, in margine inferiore paulo sinuato; 4to lineiformi; in angulo inferiori postico producto, longitudine articulo 5to æquali. Appendix caudalis laciniis in margine exteriori insinuatis. Finmarkia, ad oras Scandiæ et in mari balthico.

Subfamilia III. Stegocephalinae. Dana 1852.

Hypostomum productum.

Labium superius latum, in apice fissum; laciniis longitudine dissimilibus.

Mandibulæ prælongatæ, tuberculo molari et palpis destitutæ, in apice latissimæ, valde aut parum dentatæ, utrobique dissimiles; mandibula sinistra processu accessorio instructa.

Labium inferius angustum, elongatum, laminis internis destitutum, sed in apice articulo appendiculari dentato instructum.

Maxillæ 1mi paris perlatæ; lamina exteriori in apice unguibus validis sed simplicibus instructa; palpo 1- aut 2articulato; lamina interiori perlata, valde setosa.

Maxillæ 2di paris lamina interiori latissima, exteriori angusta aut minima.

Pedes maxillarés laminis perlatis; lamina exteriori dentibus invalidis instructa aut modo serrata; palpis gracilibus, angustis; articulo palpi ultimo unguiformi.

Corpus peraltum, crassum vero. Epimera quatuor anteriora magnitudine valde crescentia; epimerum 4tum permagnum. Caput perbreve, altum vero.

Antennæ breves, sed robustæ; superiores flagello appendiculari parvo instructæ; articulo flagelli 1mo elongato et crasso.

Pedes 1mi et 2di paris eadem ferme forma et magnitudine, vix subcheliformes.

Pedes 5ti et 6ti paris articulo 1mo parum aut non dilatato.

Pedes 7mi paris pedibus præcedentibus breviores; articulo 1mo valde dilatato et elongato.

Pedes saltatorii omnes ramis duobus cylindricis instructi.

Appendix caudalis parvula, interdum paululum fissa.

Gen. I. Stegocephalus. Krøyer 1842.

Stegocephalus. Krøyer, Naturh. Tidsskr. 1 R. 4 B. p. 150. 1842.

Mandibulæ in apice dentibus multis, magnis armatæ; mala interiori mandibulæ sinistræ item armata.

Maxillæ 1mi paris palpo brevi, angusto, 1articulato, ad finem laminæ exterioris porrecto.

Maxillæ 2di paris lamina exteriore angustissima, eadem longitudine aut longiore quam interiore.

Appendix caudalis mediocris longitudinis, in apice incisa.

S. ampulla. Phipps 1774.

Cancer ampulla. Phipps, Voy. toward the North Pole 1774. p. 191. t. 12. f. 3.

Gammarus ampulla. Ross, Append. to Parry's Narrat. of Atteny. to reach the North Pole 1828. p. 20.

Stegocephalus inflatus. Krøyer, Naturh. Tidsskr. 1 R. 4 B. p. 150.

Stegocephalus ampulla. Bell, ¹⁸⁰⁸Append. to Belcher's last of the ¹⁸⁰⁸arct. Voy. p. 406. t. 35. f. 1.

Antennæ superiores articulo flagelli 1mo eadem longitudine ac crassitudine. Antennæ inferiores articulo pedunculi 5to longiore quam 4to. Pedes 1mi paris manu parum breviori quam carpo. Pedes 6ti paris articulo 1mo dilatato; articulis duobus ultimis longitudine æqualibus. Pedes 7mi paris angulo inferiore postico articuli 1mi fere recto, non producto. Appendix caudalis ad medium fissa. Grænlandia, Spitsbergia, Finmarkia.

S. Christianiensis. n. s.

Antennæ superiores articulo flagelli 1mo elongato, extrorsum angustiore et plus quam duplo longiore ac ad basin crasso. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to eadem fere longitudine. Pedes 1mi paris manu multo longiore quam carpo. Pedes 6ti paris articulo 1mo non dilatato, articulo 5to longiore quam 4to. Pedes 7mi paris articulo 1mo deorsum et postice in angulum subrotundatum, ad finem articuli 3tii porrectum, producto. Appendix caudalis parum ultra medium fissa. Christianiafjord, Haugesund.

Gen. II. Andania. n. s.

Mandibulæ in apice non aut minime modo dentatæ; mala interiore mandibulæ sinistræ item minima.

Maxillæ 1mi paris palpo elongato, lato, 2articulato.

Maxillæ 2di paris lamina exteriori multo breviori quam interiore et parum modo angustiore quam longa.

Appendix caudalis integra, minima.

A. abyssi. n. s.

Articulus trunci 1mus longitudine duos sequentes junctos æquans. Epimerum 4tum multo altius quam latum. Pedes 1mi paris articulo 5to elongato, ovato, eadem ferme longitudine ac articulo 4to. Pedes 6ti paris articulo 1mo postice dilatato. Pedes 7mi paris articulo 1mo in margine antico longitudine fere articulis quatuor sequentibus junctis æquali, et in margine inferiore parum modo producto et deorsum ad medium articuli brevissimi 3tii porrecto; articulo 3tio breviori quam 4to et in angulo inferiore postico in dentem brevem producto. Hardangerfjord, Haugesund, Christianiafjord.

A. nordlandica. n. s.

Articulus trunci 1mus articulis duobus sequentibus junctis multo brevior. Epimerum 4tum paululum altius quam latum. Pedes 1mi paris carpo breviori quam articulo 5to angusto, elongato. Pedes 6ti paris articulo 1mo non dilatato. Pedes 7mi paris articulo 1mo in margine antico multo breviori quam articulis sequentibus, in margine inferiore longe producto et rotundato; articulo 3tio multo longiore quam 4to et in angulo inferiore postico ad finem articuli 4ti producto. Nordlandia, Hardangerfjord, Christianiafjord.

Subfamilia IV. Amphilochinæ. *(20)*

Labium superius in apice valde incisum.

Mandibulæ validæ, dissimiles, in apice dilatatæ; mandibula altera ramo interno prædita, altera eodem carens; tuberculo molari magis minusve prominente; palpo triarticulato, elongato.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore parva; palpo 2articulato, in apice spinis armato.

Maxillæ 2di paris lamina exteriori sat angustiore quam interiore.

Pedes maxillares lamina interioribus prælongatis, angustis; exterioribus mediocribus aut parvis; palpo plus minusve elongato; articulo ultimo ejusdem unguiformi.

Corpus sat altum, crassum; epimeris magnis.

Antennæ superiores breves et flagello appendiculari aut carentes aut parvo instructæ.

Pedes 1mi et 2di paris ferme eadem forma aut subcheliformes, nunc validi nunc invalidi, aut vix subcheliformes.

Pedes 3tii et 4ti paris tenues filiformes.

Pedes trium parium ultimorum longitudine paulatim crescentes.

Pedes saltatorii 2 ramosi; 2di paris brevissimi, ramo exteriori breviori quam interiore.

Gen. I. Amphilochus. Spence Bate 1862.

Amphilochus. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 107. 1862.

Mandibulæ tuberculo molari destitutæ; articulo palpi 3tio eadem longitudine aut longiore quam 2do.

Maxillæ 1mi paris palpo 2articulato; articulo 2do in apice lato.

Pedes 1mi et 2di paris manibus magnis, subcheliformibus instructi.

A. manuidens. Spence Bate 1862.

Amphilochus manuidens. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 107. Pl. XVII. fig. 6. 1862.

Pedes maxillares lamina externa fere ad finem articuli palpi 2di parvi, lamina interna ad medium articulum palpi 1mum porrectis. Corpus leve; articulis non spinosis. Caput angulo laterali non producto. Pedes 1mi et 2di paris manu extrorsum latiore triangulari, in acie oblique truncata et in angulo anteriore inferiore in spinam producta; ungue gracili, subcurvato, levi, dentibus et spinis destituto. Pedes 2di paris manu paulo longiore quam 1mi

paris; calce carpi ad aciem manus porrecta; articulo 3tio in angulo inferiore posteriore in spinam producto. Christianiafjord.

A. odontonyx. n. s.

Pedes maxillares lamina externa minima, ad medium modo articulum palpi 1mm, lamina interna non ad articulum eundem, porrectis. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do in extremo margine superiore ad spinam longam producto. Corpus segmentis non spinosis. Caput angulo laterali producto, acuto. Pedes 1mi paris manu extrorsum latiore, triangulari, in acie oblique truncata; carpo calcem brevem emittenti. Pedes 2di paris manu multo majore quam 1mi paris, elongata, ovata; ungue perlongo, prope ad basin percurvato, in margine interiore spina valida armato; articulo tertio in angulo posteriore inferiore acuto. Christianiafjord, Haugesund.

A. bispinosa. n. s.

Pedes maxillares lamina externa elongata ultra medium articulum palpi 2dum, lamina interna ad finem articuli palpi 1mi parvi, porrectis. Segmentum postabdominis 1mm et 2dum in medio margine posteriore in spinam producta. Pedes 1mi paris manu ovali, spinis transversis armata; ungue lato, in margine setis gracilibus instructo; calce perbrevis. Pedes 2di paris manu magis elongata, angusta, in acie oblique truncata; calce carpi ad aciem porrecta. Pedes quinque parium posteriorum sat elongati, articulo tertio brevior quam quarto et quinto. Pedes saltatorii ultimi paris ramis tam longis vel parum brevioribus quam pedunculo. Christianiafjord, Haugesund, Hardangerfjord.

A. tenuimanus. n. s.

Pedes maxillares lamina externa ad finem articuli palpi 1mi elongati, lamina interna ad articulum eundem, porrectis. Corpus segmentis non spinosis. Caput antice fere in extremum articulum pedunculi 1mm antennarum superiorum productum;

angulis lateralibus productis, peracutis. Pedes 1mi paris manu extrorsum latiore, triangulari, in acie oblique truncata et dentibus armata; ungue gracili, levi, in margine setis destituto. Pedes 2di paris manu magis elongata, in acie truncata; carpo brevior quam manu; calce carpi elongata, ad aciem porrecta. Hardangerfjord.

Gen. II. Gitana. n. g.

Mandibulæ articulo palpi 3tio brevior quam 2do.

Maxillæ 1mi paris palpo uniarticulato, in apice angusto.

Pedes 1mi et 2di paris manibus angustis, vix subcheliformibus.

Pedes maxillares palpis perangustis, elongatis; articulo 3tio in extremo margine interiore producto.

G. Sarsi. n. s.

Corpus segmentis non spinosis. Epimera margine inferiore subserrato. Caput rostro lato; hoc in extremum articulum pedunculi 1mum antennarum superiorum perbreve, parum modo longiorem quam crassum, porrecto. Angulus lateralis capitis non productus. Pedes 1mi 2diqve paris manu angusta; ungue angustiore et in margine interiore modo setoso. Pedes quinque parium posteriorum multo breviores quam apud speciem sequentem.

G. rostrata. n. s.

Corpus segmentis non spinosis. Caput rostro longo et lato; hoc in extremum articulum pedunculi 1mum antennarum superiorum, duplo longiorem quam crassum, porrecto. Angulus lateralis capitis rotundatus. Pedes 1mi 2diqve paris perangusti; manu plus ter longiore quam lata, apicem versus angustiore, brevior quam carpo; hoc in calcem non producto; ungue gracili, subcurvato. Pedes quinque parium posteriorum perlongi et graciles. Pedes trium parium ultimarum articulo 1mo per dilatato. Pedes saltatorii ultimi paris ramis parum longioribus quam dimidio pedunculo. Hardangerfjord.

Gen. III. Astyra. n. g.

Mandibulæ in apice dilatatæ et dentatæ; tuberculo molari prominenti sed tenui, apicem versus angustiore; articulo 3tio palpi brevior quam 2do.

Maxillæ 1mi paris lamina interna latiore, setis multis instructa.

Maxillæ 2di paris lamina interna perbrevis sed lata.

Pedes maxillares lamina externa permagna, in margine interiore dentibus multis armata; palpo brevi.

Antennæ breves; superiores inferioribus breviores; flagello accessorio parvo; pedunculo brevi, sed crasso.

Pedes 1mi et 2di paris vix subcheliformes.

Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo non dilatato.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore brevior quam exteriori.

Appendix caudalis brevis, in apice incisa.

A. abyssii. n. s.

Corpus altum, crassum. Dorsum rotundatum. Epimerum 2dum et 3tium perangusta. Segmentum postabdominis 4tum e transverso profunde depressum. Antennæ superiores flagello accessorio 1articulato instructæ. Pedes 1mi paris manu parum brevior quam carpo; hoc in calcem minimam, rotundatam, setosam producto; ungue lato, in margine interiore spinulis instructo. Pedes 2di paris æque ut 1mi paris sed majores. Pedes 3tii 4tiqve paris articulo 3tio parum brevior quam articulis duobus sequentibus junctis. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo ferme duplo longior quam lato; articulo 3tio non dilatato, longior quam 4to, brevior quam 5to. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori ferme ter longior quam pedunculo brevissimo; ramo interiore paulo brevior. Appendix caudalis multo longior quam ad basin lata, ultra medium fissa. Hardangerfjord.

Subfamilia V. Phoxinæ. Spence Bate 1857.

Phoxides. Spence Bate. Synopsis Brit. Amph. Ann. Nat. Hist. 1857.

Phoxina. Lilljeborg, On Lysianassa magellanica 1865.



Labium superius breve, in apice rotundatum.

Mandibulæ breves sed robustæ, in utroque latere eadem forma, in apice dentatæ; tuberculo molari valido et serie spinarum firmarum instructo; palpo elongato, 3articulato; articulo palpi 3tio prælongato.

Maxillæ 1mi paris parvæ; palpo 1 aut 2articulato; lamina inferiore parva.

Maxillæ 2di paris parvæ.

Pedes maxillares palpo elongato; laminis parvis.

Antennæ superiores breves, flagello appendiculari instructæ.

Antennæ inferiores flagello apud marem sat elongato, apud feminam brevi.

Pedes 1mi et 2di paris subcheliformes.

Pedes 3tii et 4ti paris robusti et validi.

Pedes 5ti paris plus minusve dilatati.

Pedes 6ti paris pedibus 5ti et 7mi paris longiores, interdum valde dilatati.

Pedes 7mi paris articulo 1mo perdilatato.

Pedes saltatorii biramei.

Appendix caudalis duplex.

Corpus valde compressum aut paulum depressum; epimeris quatuor anterioribus plerumque magnis, in marginibus inferioribus plumosis.

Gen. I. Phoxus. Krøyer 1842.

Phoxus. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV. p. 150. 1842.

Maxillæ 1mi paris palpo 1articulato.

Pedes maxillares palpo angusto, laminis parvis.

Pedes 5ti paris articulo 1mo postice dilatato.

Corpus compressum, altum; capite in rostrum latum, apicem versus acuminatum aut curvatum, producto.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore apud marem longitudinem exterioris æqvanti; apud feminam multo brevior.

P. Holbøllii. Krøyer 1842.

Phoxus Holbøllii. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV. p. 151. 1842.

Rostrum rectum, in apice acuminatum. Setæ non plumosæ. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo in extremo margine superiore nodulo instructo. Antennæ inferiores articulo 3tio et 4to serie spinarum armatis. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo non perlato, in angulo inferiore postico non producto. Pedes 7mi paris articulo 1mo in margine inferiore truncateo, ad finem articuli 3tii porrecto; articulo 3tio, 4to et 5to ferme eadem longitudine; 5to multo angustiore, 3tio et 4to parum modo longiore quam lato. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii non acutus sed paulum rotundatus. Grœnlandia, Islandia, ad oras Scandiæ usque ad Bohusiam.

P. simplex. Spence Bate 1857.

Phoxus Krøyeri. Spence Bate. Brit. assoc. Report. 1855.

Phoxus simplex. Spence Bate. Ann. Nat. Hist. Vol. XX. 1857. p. 525.

Rostrum elongatum, hamiforme, deorsum curvatum. Antennæ inferiores articulis pedunculi duobus ultimis sine spinis et modo setosis. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo multo latiore quam apud speciem præcedentem et in angulo inferiore postico producto rotundatoque. Pedes 7mi paris articulo 1mo latissimo, in margine inferiore solum ad medium marginem posteriorem articuli 3tii porrecto; articulo 3tio longiore quam 4to; omnibus multo longioribus quam latis. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii valde rotundatus. Nordlandia, ad oras Scandiæ usque ad Bohusiam.

Gen. II. Harpina. n. g.

Maxillæ 1mi paris palpo 2articulato.

Pedes 5ti paris articulo 1mo non dilatato.

Cæteroquin ferme ut apud genus Phoxus.

H. plumosa. Krøyer 1842.

Phoxus plumosus. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV. p. 152. 1842,

x *sp. sine det. 1842.*

?*Phoxus fusiformis*. Stimpson, Mar. Invert. Gran. Manan. p. 57.

Antennæ inferiores articulo 4to seriebus duabus spinarum robustarum armato. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tiii sursum acutus et valde productus. Pedes 1mi et 2di paris manu perlata et apicem versus latiore, in acie oblique truncata. Pedes 5ti paris articulo 3tio longiore et latiore quam 4to. Pedes 7mi paris articulo 1mo perlato, in margine inferiore postico fere ad extremum articulum 3tium producto et in margine postico valde serrato, dentibus 2—3 robustis instructo. Grœnlandia, Spitsbergia, Scandia.

II. crenulata. n. s.

Antennæ inferiores articulo 4to et 5to non spinis sed modo in margine inferiore postico scopis et paucis setis armatis. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii parum modo productus et acutus. Pedes 1mi et 2di paris manu angusta, elongata, ovata. Pedes 5ti paris articulo 3tio vix longiore quam 4to. Pedes 7mi paris articulo 1mo multo angustiore quam apud speciem præcedentem, in margine postico serrato. Christianiafjord, Haugesund.

Gen. III. Sulcator. Spence Bate 1854.

Bellia. Spence Bate, Ann. Nat. Hist. Vol. VII. p. 318. 1851.

Sulcator. Spence Bate, Ann. Nat. Hist. Vol. XIII. p. 504. 1854.

Maxillæ 1mi paris palpo 1articulato.

Pedes maxillares articulo palpi 2do sat lato.

Pedes 1mi et 2di paris vix subcheliformes.

Pedes trium parium ultimorum articulis perlatis et ad fodendum constructi.

Corpus non valde compressum; capite in rostrum mediocriter longum elongato; epimeris permagnis.

Segmentum postabdominis 3tium valde elongatum, latum, semicylindricum; segmenta postabdominis tria posteriora sub 3tium curvata.

Appendix caudalis lata, fissa.

S. arenarius. Slabber 1775. †.

Oniscus arenarius. Slabber, *Natuurkundige verlustigingen etc.* p. 92. pl. 11. f. 4—3.

Bellia arenaria. Spence Bate, *Ann. of Nat. Hist.* Vol. VII. p. 318. 1851.

Sulcator arenarius. Spence Bate, *Ann. of Nat. Hist.* Vol. XIII. p. 504. 1854.

Oculi parvi, rotundi, rubri. Antennæ superiores fasciculis setarum plumosarum instructæ. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to perdilatato, multo longiore et latiore quam 5to; utroque in margine inferiore setis plumosis instructo. Pedes 1mi 2di que paris manu brevior et angustior quam carpo; ungue parvo. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to brevi, sed postice perdilatato et seriebus pluribus spinarum validarum instructo; articulo 5to ovato, in margine inferiore spinis firmis armato. Pedes 5ti paris articulo 3tio deorsum perdilatato; 4to duplo latiore quam alto; 5to angusto, in margine anteriore et in apice spinis validis armato. Pedes 6ti paris articulo 3tio deorsum perdilatato, 4to lato, ovato, 5to angusto. Pedes 7mi paris articulo 5to ovali, in margine utroque spinis validis armato. Appendix caudalis laciniis latis, ovatis, in margine exteriori et in apice spinis firmis armatis. Karmøen.

Gen. IV. Urothoë. Dana 1852.

Urothoë. Dana, *The American Journal of Science and Arts.* T. XIV. 1852. p. 307.

Egidia. Costa, *Recherche sui Crost. Amp.* Napoli. Mem. d. Reale Accad. Scienz. di Napoli. 1853.

Mandibulæ in apice parum modo dentatæ.

Maxillæ 1mi paris palpo 2articulato; articulo utroque eadem ferme longitudine.

Pedes maxillares articulo palpi 2do introrsum valde dilatato.

Pedes 1mi et 2di paris manu parva, subcheliformi instructi.

Pedes 5ti paris articulis perlatis.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori paululum longiore quam interiore.

Appendix caudalis usque ad basin fissa.

Corpus valde depressum, latum; capite antice parum modo producto et rotundato; epimeris angustis.

U. norvegica. A. Boeck 1860.

Urothoë norvegica. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 647.

Urothoë Bairdii. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 114. pl. XIX. f. 1. 1862.

Antennæ inferiores articulo 4to longiore quam 5to; utroque seriebus pluribus spinarum gracilium instructo. Pedes 1mi et 2di paris manu parva, triangulari, dimidiam longitudinem articuli 4ti setosi vix superanti. Pedes 5ti paris articulis perlatis, spinis validis armatis; articulo 3tio et 4to eadem ferme longitudine. Appendix caudalis laciniis in apice spina singula armatis. Pedes saltatorii ultimi paris multis setis plumosis armati. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii sursum productus. Christianiafjord, Haugesund.

Subfamilia VI. Stenothoinæ.

Labium superius in apice fissum.

Mandibulæ elongatæ, in apice latæ, dentatæ, utrobique dissimiles; mandibula sinistra processum accessorium emittens; tuberculo molari minimo aut nullo; palpo absenti aut prælongato, triarticulato.

Labium inferius parvulum.

Maxillæ 1mi paris palpo 1 aut 2articulato; lamina interiore parva aut nulla.

Pedes maxillares palpis prælongatis; lamina interiore minima, exteriori fere obsoleta.

Antennæ mediocriter elongatæ; superiores flagello appendiculari destitutæ.

Pedes 1mi paris graciles; manu sæpe non subcheliformi.

Pedes 2di paris manu valde subcheliformi.

Pedes 5ti, 6ti et 7mi paris eadem forma; articulus 1mus 5ti et 6ti paris sæpissime non dilatatus.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo uno instructi; ramo biarticulato; articulo ultimo styliformi.

Appendix caudalis parva, non fissa.

Corpus compressum, sed tamen crassum; epimerum 1mum parvulum, tectum; epimera reliqua magnitudine valde crescentia; 4tum sæpissime permagnum, clipeoforme.

Gen. I. Stenothoë. Dana 1852.

Stenothoë. Dana, On the Classification of the Crust. Choristopoda or Tetradicopoda. Am. Journ. of Scienc. and Arts. p. 307.

Probolium. Costa, Rend. del Reale Accad. del Sc. di Napoli. 1853.

Montagua. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855.

Mandibulæ sine palpo et tuberculo molari.

Maxillæ 1mi paris palpo 2articulato.

Pedes 5ti paris articulo 1mo postice non dilatato.

Epimerum 4tum postice non incisum, sed perrotundatum.

S. marina. Spence Bate 1855.

Montagua marina. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. 272

Stenothoë Danai. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 655.

Antennæ elongatæ; superiores articulo pedunculi 1mo circiter ter longiore quam crasso. Pedes 1mi paris articulo 3tio in angulo inferiore postico valde producto et in apice setis instructo; manu eadem ferme longitudine ac carpo, in margine anteriore parum et in posteriore valde curvata. Pedes 2di paris articulo 3tio brevissimo, postice sursum producto et acuto; manu permagna, elongata, ovata, in margine posteriore nodulis vel dentibus obtusis et setis instructa. Pedes 6ti paris articulo 1mo dilatato. Pedes trium parium ultimorum articulo 4to brevior quam 3tio; articulo 5to longitudinem articulorum antecedentium junctorum non æqvanti. Pedes saltatorii ultimi paris ramo eadem ferme longitudine ac pedunculo.

S. monocoloides. Montagu 1815.

Cancer Gammarus monoculoides. Montagu, Transact. of Lin. Soc. XI.
 Montagua monoculoides. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855.
 Typhis monoculoides. Gosse, Mar. Zool. p. 140. fig. 252.

Antennæ perbreves; superiores articulo pedunculi 1mo vix duplo longiore quam crasso. Pedes 1mi paris articulo 3tio postice parum producto; carpo perbrevis, triangulari; manu plus quam duplo longiore, fere rectangulari, in acie oblique truncata. Pedes 2di paris eadem forma, sed multo majores; articulo 3tio in angulo inferiore postico ad spinam producto; manu extrorsum paulo latiore. Pedes 6ti paris articulo 1mo parum modo dilatato, plus duplo longiore quam lato. Pedes 7mi paris articulo 1mo dilatato. Pedes trium parium ultimorum articulo 3tio non per dilatato et longitudinem 4ti angusti æqvanti; articulo 5to eadem ferme longitudine ac articulis duobus antecedentibus junctis. Pedes saltatorii ultimi paris ramo longiore quam pedunculo brevi. Haugesund.

Gen. II. Metopa. n. g.

Mandibulæ palpo brevi, 3articulato; articulo 3tio fere obsoleto.
 Maxillæ 1mi paris palpo 1articulato.
 Reliqua cum genere Stenothoë ferme conveniunt.

M. clypeata. Krøyer 1842.

Leucothoë clypeata. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 B. IV. p. 157. 1842;
Voy. Scand. pl. 2.
 Montagua clypeata. Goës, 2^e part. 1827, pl. 6, fig. 2, 1828 Crust. Amphip. mar. Spetsb. p. 6.

Epipmera non longissima. Antennæ superiores tres quartas longitudinis corporis æqvantes; articulo 1mo multo longiore quam capite; flagello 25articulato. Antennæ inferiores articulo 3tio fere ter longiore quam crasso. Pedes 1mi paris articulo 3tio ad processum magnum, apicem versus rotundatum, dilatato; 4to ter aut quater longiore quam crasso; 5to ferme duas tertias longitudinis 4ti partes æqvanti, lineari; ungue parvulo, nodiformi. Pedes 2di paris manu permagna, apicem versus latiore, in acie oblique truncata et denticulis multis, in angulo inferiore postico dente

magno, armata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio multo longiore quam 4to; ungue in margine postico serrato. Pedes 5ti paris articulo 1mo non dilatato; articulo 4to et 5to junctis paulo longioribus quam 3tio. Pedes 6ti et 7mi paris articulo 1mo dilatato. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo apicem versus crassiore et in margine superiore postico producto; ramo et pedunculo eadem ferme longitudine; dimidio exteriore rami spinam validam efficienti. Grænlandia, Spitsbergia.

M. glacialis. Krøyer 1842. †

Leucothoë glacialis. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 B. IV. p. 159. 1842, and
 Montagua glacialis. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 6.

Epimera minora quam apud speciem priorem. Antennæ superiores breviores, dimidiam animalis longitudinem æquantes; articulo pedunculi 1mo parum longiore quam 2do; flagello 10articulato. Antennæ inferiores superioribus parum breviores; articulo pedunculi 4to vix longiore quam 5to; 3tio paulo plus quam duplo longiore ac crasso. Pedes 1mi paris parvi; carpo inflato, lato, ovato, non duplo longiore quam lato; manu brevior et angustior quam carpo, apicem versus paulo latiore, in acie truncata; ungue brevi, in apice attenuato. Pedes 2di paris manu elongata, fere ter longiore quam lata, in medio margine posteriore dente valido armata; ungue curvato. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio non multo longiore quam 4to; hoc et 5to eadem ferme longitudine. Pedes 5ti paris articulo 1mo non dilatato; articulo 4to et 5to junctis longioribus quam 3tio. Pedes 6ti et 7mi paris articulo 1mo postice dilatato. Pedes saltatorii paris ultimi pedunculo crasso, non producto. Grænlandia, Spitsbergia, Islandia.

M. Alderii. Spence Bate 1855.

Montagua Alderii. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855.

Epimerum 4tum sat altum, non vero latum. Antennæ superiores et inferiores apud feminam ferme eadem longitudine. Antennæ inferiores apud marem multo magis elongatæ quam apud

feminam. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo apud feminam paulo brevior, apud mare paulo longior quam capite; articulis duobus sequentibus magnitudine paulatim decrescentibus. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to eadem longitudine. Pedes 1mi paris carpo angusto; manu eadem ferme longitudine, apicem versus apud feminam angustior, apud mare paulo dilatata. Pedes 2di paris apud mare multo robustiores quam apud feminam; carpo perbrevis, in angulo inferiore postico calce brevi instructo; manu apud mare permagna, subquadrata, in acie oblique truncata et dentibus armata, in angulo inferiore postico indentem validum producta. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio non multo dilatato. Pedes 5ti paris articulo 3tio postice dilatato et in margine inferiore postico producto. Pedes 6ti et 7mi paris articulo 1mo per dilatato, interdum fere eadem latitudine ac altitudine; 3tio postice valde dilatato et in angulo inferiore postico ad finem articuli 4ti producto; 4to brevi, multo brevior quam 5to. Pedes saltatorii ultimi paris ramo et pedunculo eadem ferme longitudine; pedunculo in margine superiore spinis 2—3 instructo; dimidio exteriori rami spinam validam efficienti. Haugesund, Christianiafjord.

M. Bruzelii. Goës 1865.

Lencothoë clypeata. Bruz., Skand. Amph. Gam. K. Vet. Akad. Handl. Ny följd. II. p. 96.

Montagua Bruzelii. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 6. f. 10.

Corpus et epimera ferme ut apud speciem antecedentem. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do longior quam 1mo. Pedes trium parium ultimorum articulo 3tio non tam dilatato et pedes saltatorii ultimi paris longiores quam apud speciem Alderii. Spitsbergia, Finmarkia, Haugesund.

M. affinis. n. s.

Epimerum 5tum multo latius quam altum, in parte posteriore perrotundatum. Antennæ superiores inferioribus apud feminam breviores, apud mare longiores. Antennæ inferiores articulo pe-

pedunculi 4to parum longiore quam 5to. Pedes 1mi paris manu et carpo eadem fere longitudine; manu angusta, unguculo, in margine posteriore setoso, instructa. Pedes 2di paris carpo brevissimo; manu parum modo longiore quam lata, apicem versus latiore, apud marem valde, apud feminam parum dentata. Pedes 3tii et 4ti paris longissimi et angustissimi; articulo 4to parum brevior quam 3tio. Pedes 5ti paris articulo 1mo non dilatato et sat angusto. Pedes parium duorum ultimorum articulo 1mo dilatato, 3tio non valde dilatato et in angulo inferiore postico parum modo producto. Pedes saltatorii ultimi paris breves; ramo longitudine pedunculo æquali, non duplo longiore quam ungue. Christianiafjord.

M. longicornis. n. s.

Epimerum 4tum multo latius quam altum, securiforme. Antennæ perlongæ; superiores inferioribus parum breviores, ferme usque ad segmentum postabdominis 4tum porrectæ. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo parum longiore quam capite; 2do longitudine 1mo ferme æquali. Pedes 1mi paris apud feminam angustissimi, imprimis carpo et manu; manu non subcheliformi; apud marem latiores; manu parum subcheliformi. Pedes 2di paris utriusque sexus non pervalidi, validiores tamen apud marem quam apud feminam; manu apicem versus latiore, in acie oblique truncata. Pedes 3tii et 4ti paris perangusti. Pedes 6ti et 7mi paris articulo 1mo dilatato; articulo 3tio longitudinem articulorum duorum sequentium junctorum fere æqvanti. Pedes saltatorii ultimi paris ramo longitudine ferme pedunculo æquali, in apice spina brevissima instructo. Christianiafjord.

M. megacheir. n. s.

Epimerum 4tum non magnum, circiter eadem altitudine ac latitudine. Antennæ prælongatæ, corpore paulo breviores. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo longitudine ferme capiti æquali; 2do longiore quam 1mo. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to eadem longitudine; flagello perbrevis. Pedes 1mi paris utriusque sexus manu subcheliformi instructi; articulo 3tio apud marem

ad processum, in apice rotundatum, calciformem producto. Pedes 2di paris apud marem articulo 3tio in angulo inferiore postico producto et acuto; manu permagna, ovata, in parte inferiore marginis posterioris arcuata, incisa, in incisura dentibus duobus validis et obtusis, ante incisuram dentibus quatuor minutis, instructa; ungue longo et curvato. Pedes 3tii et 4ti paris tenues; articulo 3tio paulo brevioribus quam duobus sequentibus junctis. Pedes 5ti paris articulo 1mo non dilatato, at 6ti et 7mi paris valde dilatato; articulo 3tio subdilatato, longitudine articulos duos sequentes junctos ferme æquanti. Pedes saltatorii prælongati; pedunculo ultimi paris in margine superiore dentibus sex validis armato; ramo fere eadem longitudine ac pedunculo; dimidio ramo spinam validam efficienti. Hardangerfjord.

M. longimana. n. s.

Epimerum 4tum permagnum, multo latius quam altum, postice productum, rotundatum. Antennæ apud marem multo magis elongatæ et robustiores quam apud feminam. Antennæ superiores inferioribus paulo breviores; articulo pedunculi 1mo longitudinem 2di ferme æquanti, in parte anteriore marginis inferioris paulo producto. Antennæ inferiores flagello perbrevis; articulo pedunculi 4to longiore quam 5to. Pedes 1mi paris carpo et manu eadem longitudine, manu non subcheliformi. Pedes 2di paris manu maris multo majore quam feminæ, sat elongata, extrorsum latiore, ter longiore quam lata, in acie et in angulo inferiore postico dentibus firmis armata; manu feminæ in acie spinis parvis instructa. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 1mo postice non, at 7mi paris parum dilatato, quadrangulari, ter longiore quam lato. Pedes 5ti paris articulo 3tio non per dilatato, longitudinem articuli 5ti æquanti, 7mi paris magis dilatato, brevioribus quam articulo 5to. Pedes saltatorii ultimi paris breves, ramis longitudine pedunculum æquantibus; ungue rami dimidiam longitudinem efficienti. Christianiafjord, Haugesund.

M. nasuta. n. s.

Epimerum 4tum permagnum, parum altius quam latum, po-

tice rotundatum. Antennæ perbreves, ferme ad segmentum trunci 5tum porrectæ; superiores inferioribus paulo longiores. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo longitudine articulos duos sequentes junctos fere æqvanti et ex extremo margine superiore processum longum acutum emittenti. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to eadem ferme longitudine. Pedes 1mi paris manu angusta et non subcheliformi. Pedes 2di paris carpo brevi; manu fere quadrangulari, duplo longiore quam lata, in acie oblique truncata. Pedes 4ti et 5ti paris longissimi et angustissimi; articulo 3tio parum dilatato, parum modo longiore quam 4to; at 5to tam longo aut parum brevior quam articulis duobus præcedentibus junctis; ungue recto et circiter duas tertias longitudinis articuli ultimi partes æqvanti. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo non dilatato, 3tio parum dilatato; 7mi paris articulo 5to longitudine duos præcedentes junctos æqvanti, 5ti paris parum brevior. Hardangerfjord.

Gen. III. Cressa. n. g.

Mandibulæ palpo elongato, 3articulato.

Antennæ superiores inferioribus multo crassiores et longiores.

Epimera non permagna; 4tum in supremo margine postico profunde incisum.

Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo postice valde dilatato.

Reliqua cum genere *Stenothoë* ferme conveniunt.

C. Schiodtei. n. s.

Angulus anticus lateralis capitis valde productus, acutus, in margine inferiore dente uno instructus. Epimerum 2dum et 3tium in postremo margine inferiore dentibus quatuor crassis, antice porrectis et curvatis, instructa. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo longiore quam capite; articulis duobus sequentibus et longitudine et crassitudine gradatim valde decrescentibus. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to longiore quam 5to. Pedes 1mi paris pertenuis, manu brevior quam carpo parum dilatato. Pedes

2di paris manu extrorsum latiore, fere duplo longiore ac latiore, in acie oblique truncata, spinis paucis validis armata. Pedes trium parium ultimorum articulo 3tio brevi, in angulo inferiore postico parum dilatato. Pedes saltatorii ultimi paris ramo parum longiore quam pedunculo et in exteriori parte tertia marginis superioris dentibus duobus armato. Haugesund.

C. minuta. n. s.

Angulus anticus lateralis capitis non tam productus quam apud speciem priorem et in margine inferiore edentatus. Epimerum 2dum et 3tium in extremo margine inferiore dentibus singulis crassis, porrectis et paulo curvatis, instructa. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do circiter eadem longitudine ac 1mo sed angustiore; utroque in extremo margine inferiore paululum producto. Pedes 2di paris ferme ut apud speciem priorem sed carpo paulo brevior et manu parum majore. Pedes ultimi paris et pedes saltatorii ut apud speciem priorem. Haugesund.

Subfamilia VII. Syrrhoinæ. 70

Labium superius latum, in apice insinuatum.

Mandibulæ pervalidæ, latæ; utrobique dissimiles; mandibula sinistra processu accessorio interiore instructa; palpis 3articulatis; articulo ultimo perbrevis.

Labium inferius latum.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore lata, setosa; palpo 2articulato, angusto, in apice setis paucis instructo.

Maxillæ 2di paris laminis latis.

Pedes maxillares lamina exteriori permagna, in margine interiore dentibus validis armata; lamina interiore lata, longa; palpo lato, brevi aut magis elongato.

Corpus plus minusve subdepressum; capite magno; epimeris magnitudinis mediocris.

Oculi sæpe approximati et coaliti.

Antennæ superiores flagellum appendiculare gerentes.

Pedes 1mi et 2di paris eadem forma, tenues, angusti; manu subcheliformi.

Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim crescentes; articulo 1mo postice plus minusve dilatato.

Pedes saltatorii 2ramosi; 1mi et 2di paris ramo exteriori breviori quam interiori; ultimi paris ramo utroque ferme eadem longitudine, laminiformi, in margine setoso.

Appendix caudalis praelongata, fissa. *Brougelet a non fissa - 67*

Gen. I. Syrrhoë. Goës 1865.

Syrrhoë. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsbergiam alluentis. p. 12. 1865.

Mandibulæ crassissimæ, robustæ, in apice parum dentatæ; tuberculo molari prominenti, non robusto.

Oculi confluentes.

Epimera magnitudinis mediocris.

Pedes 1mi et 2di paris manu parva, subcheliformi; pedes 2di paris pedibus 1mi paris magis elongati.

Pedes trium parium ultimorum elongati, angusti; articulo 1mo postice plus minusve dilatato.

Pedes saltatorii 1mi et 2di paris ramo exteriori multo breviori quam interiori.

Pedes ultimi paris ramis foliaceis; utroque longitudine ferme æquali.

Appendix caudalis fissa.

S. crenulata. Goës 1865.

Syrrhoë crenulata. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 11. Fig. 25.

Caput antice inflatum; fronte prominenti, curvata. Epimerum 3tium axiforme, 4to majus. Segmentum postabdominis 1mum, 2dum et 3tium postice serrata, 1mum in parte dimidia superiore, 2dum et 3tium toto margine posteriore. Epimerum 6tum et 7mum postice bidentata. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo in extrema parte inferiore ad spinam curvatam elongato; articulis duobus sequentibus longitudine parum decrescentibus. Pedes 1mi

et 2di paris manu parva, apicem versus latiore, in acie dente uno magno, in margine anteriore serrato, armata. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo dilatato, in margine posteriore valde serrato. Pedes saltatorii 3tii paris laminis duplo longioribus quam pedunculo. Appendix caudalis elongata, lanceolata, in exterioribus duabus tertiis partibus fissa. Spetsbergia et ad oras occidentales Norvegiæ.

S. levis. n. s.

Corpus leve. Segmenta postabdominis non serrata. Epimerum 3tium 4to non latius sed angustius. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo dente non armato. Pedes 1mi paris manu elongata, ovata. Pedes 2di paris manu perangusta, extrorsum angustiore. Pedes 5ti paris articulo 1mo perangusto, duplo longiore quam lato. Pedes 6ti et 7mi paris articulo 1mo latitudine gradatim crescenti; articulo 3tio longiore quam 4to. Pedes saltatorii 1mi paris pedibus saltatoriis 2di paris multo minores; ramis 3tii paris brevioribus quam pedunculo. Haugesund.

Gen. II. Tiron. Lilljeborg 1865.

Tiron. Lilljb., On the Lysianassa Magellanica etc. p. 19. 1865.

Syrrhoë. Goës, Crust. Amphip. maris. Spetsb. all. p. 11.

Tessarops. Norman, On new Crustacea Amphipoda. Ann. and Mag. of Nat. Hist. 1868. p. 412.

Mandibulæ in apice dentatæ, tuberculo molari robusto instructæ. Oculi non coaliti.

Epimera magnitudinis mediocris.

Antennæ superiores inferioribus breviores; flagello appendiculari longo.

Pedes 1mi et 2di paris carpo prælongato; articulo 5to non subcheliformi, angusto; ungue crasso, brevi, in apice spinis validis armato.

Pedes trium parium ultimorum breves; articulo 1mo postice valde dilatato.

Appendix caudalis fissa.

T. acanthurus. Lilljeborg 1865.

Tiron acanthurus. Lilljb., On the *Lysianassa Magellanica* etc.
p. 19. 1865.

Syrrhoë bicuspis. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsbergiam alluentis. p. 12. pl. 40. fig. 26 *a-e*. 1865.

Tessarops hastata. Norman, On new Crustacea Amphipoda. Annals and Mag. of Nat. Hist., p. 412. Dec. 1868. Pl. XXII. f. 4-7.

Frons paulo producta, curvata. Oculi rubri. Segmenta post-abdominis carinata; carina postice in spinas porrecta; spina segmenti 4ti et 5ti maxima; segmentis tribus anterioribus in margine posteriore serratis. Antennæ superiores longitudinem pedunculi antennarum inferiorum parum superantes; articulis pedunculi longitudine gradatim decrescentibus; flagello appendiculari duas tertias partes longitudinis flagelli æqvanti. Pedes 2di paris paulo longiores sed angustiores quam pedes 1mi paris; articulo 5to apud 1mi paris multo longiore quam dimidio carpo et multo angustiore. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo postice parum serrato. Appendix caudalis laciniis angustissimis, lanceolatis. Grœnlandia, Finmarkia et ad oras occidentales Norvegiæ.

Gen. III. Bruzelia. n. g.

Mandibulæ crassissimæ, latæ, pyramidales, in apice insinuatæ, non dentatæ.

Maxillæ 1mi paris palpo angusto.

Corpus subdepressum; epimeris perrigidis, prominentibus, magnitudinis mediocris; epimero 4to maximo.

Pedes 1mi et 2di paris manu parva, subcheliformi.

Pedes 3tii et 4ti paris perangusti, elongati; articulo 3tio perbrevis.

Pedes trium parium ultimorum elongati; articulo 1mo parum dilatato.

Pedes saltatorii 1mi paris ramo exteriori breviori quam interiori; 2di paris ramo interiori latissimo, exteriori parvo.

Appendix caudalis longa, non fissa.

B. typica. n. s.

Caput permagnum, rostro longo, lato, in apice rotundato, instructum. Corpus depressum, latum. Segmenta postabdominis tria anteriora carinata; carina segmenti 3tii in dentem acutum, segmenti 5ti in dentem longum, acutum, curvatum, producta. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 1mi rotundatus, segmenti 2di et 3tii in dentem acutum productus. Pedes 1mi paris articulo 2do et 3tio perbrevibus; carpo praelongato; manu subquadrata; ungue parvo. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio parum longiore quam dimidio 4to; articulo 5to multo brevior quam 4to. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo parum latiore et in angulo inferiore postico paulo producto et rotundato. Pedes saltatorii 1mi paris ramis cylindricis; 2di paris exteriore perangusto, interiore lato, longo, lanceolato et acuminato; ultimi paris interiore latiore quam exteriore; ramo utroque in margine interno setoso. Appendix caudalis permagna, apicem versus acuminata. Christianiafjord, Hardangerfjord.

Subfamilia VIII. Pardaliscinæ.

Labium superius latum, infra sinuatum.

Mandibulæ tuberculo molari destitutæ, dissimiles, in apice dentatæ; altera ramo interiore prædita, altera eodem carens; palpo 3articulato; articulo 3tio elongato.

Maxillæ 1mi paris palpo sat lato, in apice dentibus multis instructo; lamina interna nodiformi.

Maxillæ 2di paris laminis angustis.

Pedes maxillares laminis interioribus parvulis aut obsoletis; laminis exterioribus aut latis, sed sat brevibus, aut angustis; palpo elongato, angusto; articulo ultimo ungviformi.

Corpus crassum, inflatum; epimeris parvis.

Antennæ superiores tenues, flagello appendiculari instructæ; pedunculo perbrevis; articulis flagelli anterioribus coalitis et articulum magnum, intus fasciculis setarum instructum, junctis formantibus.

Pedes 1mi et 2di paris eadem forma.

Pedes 3tii et 4ti paris validi; articulo 3tio brevi.

Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim crescentes; articulo 1mo non valde dilatato; ungvibus longis.

Pedes saltatorii 2ramosi; ramis fere eadem longitudine; ultimi paris laminiformibus.

Appendix caudalis elongata, fissa.

Gen. I. Pardalisca. Krøyer 1842.

Pardalisca. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. 4 B. p. 153. 1842.

Mandibula dextra in apice dentibus quatuor validis armata; mandibula sinistra dentibus invalidis instructa.

Pedes maxillares lamina exteriori lata sed brevi, parum prominenti; lamina interna absenti.

Antennæ superiores inferioribus longiores; pedunculo perbrevis.

Antennæ inferiores pedunculo non prælongato.

Pedes 1mi et 2di paris carpo plus minusve dilatato; manu angusta et non subcheliformi; ungue lato.

Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio dilatato, sed sat brevi; articulo 4to ovato; ungue laminiformi.

Pedes trium parium ultimorum non prælongati.

P. cuspidata. Krøyer 1842.

Pardalisca cuspidata. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. 4 B. p. 153. 1842.

Segmentum postabdominis 3tium et 4tum in margine superiore postico dentibus binis armata; segmentum 5tum unidentatum. Pedes 1mi paris manu longitudinem carpi dimidiam non æqvanti et multo angustiore quam carpo latissimo, fusiformi; ungue ovato, lato, in apice et in margine posteriore spinis acutis instructo, dimidio longiore quam manu. Pedes 2di paris pedibus 1mi paris paulo longiores et angustiores; ungue duas tertias partes longitudinis manus æqvanti. Pedes trium parium ultimorum ungvibus tam longis aut parum longioribus quam dimidio articulo ultimo. Grœnlandia, Spetsbergia et ad oras occidentales Norvegiæ.

P. Boeckii, Malm. 1870.

Dorsum leve, dentibus et spinis destitutum. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii rotundatus. Pedes 1mi et 2di paris carpo parum modo longiore et non multo latiore quam manu elongata, ovata, et apicem versus angustiore; ungue curvato, angusto, acuminato, in margine postico spina armato. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo angustiore quam apud speciem præcedentem. Bohusia, Christianiafjord, Haugesund.

P. abyssi. n. s.

Antennæ superiores articulo pedunculi 2do longitudinem articuli 1mi æqvanti. Pedes 1mi paris manu duas tertias partes longitudinis carpi æqvanti; ungue paulo brevior quam manu, in apice acuminato, in margine interiore spinis minutis armato. Pedes 2di paris pedibus 1mi paris paulo longiores et angustiores. Pedes trium parium ultimorum ungvibus brevissimis, quartam partem longitudinis articuli 4ti vix æqvantibus. Cæterovin ferme ut apud *P. cuspidata*. Haugesund.

Gen. II. Halicè. n. g.

Instrumenta cibaria æqve ut apud genus *Pardalisca*.

Caput parvum, non inflatum; rostrum frontale elongatum.

Antennæ inferiores pedunculo prælongato, angusto.

Pedes 1mi et 2di paris carpo angusto; manu elongata; ungue gracili.

Pedes trium parium ultimorum sat prælongati.

H. abyssi. n. s.

Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo duplo longiore quam crasso; articulo flagelli 1mo angusto; articulo flagelli appendicularis 1mo angusto. Pedes 1mi paris manu parum longiore quam carpo. Pedes 2di paris manu longitudinem carpi æqvanti. Segmentum postabdominis 4tum in medio margine posteriore spinas duas, segmentum 5tum eodem loco dentem unum longissimum, retroversum, formantia. Hardangerfjord, Christianiafjord.

H. grandicornis. n. s.

Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo non longiore quam crasso; articulo 1mo flagelli et flagelli appendicularis permagnis et fusiformibus. Pedes 1mi paris manu longitudinem carpi duplam fere æqvanti. Pedes 2di paris manu multo longiore quam carpo. Cæteroquin ferme ut apud *H. abyssi*. Hardangerfjord.

Gen. III. Nicippe. Bruzelius 1859.

Nicippe. Bruz., Amphip. Gam. K. Vet. Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 99. 1859.

Dextra mandibula in apice paucis modo dentibus magnis instructa; sinistra ut ramus accessorius dentibus multis parvis et nonnullis magnis instructa.

Pedes maxillares lamina utraqve parva et angusta; lamina interiore in apice setam plumosam gerenti.

Antennæ superiores inferioribus multo longiores; pedunculo brevi.

Pedes 1mi et 2di paris robusti; carpo brevi sed extrorsum lato; manu magna, ovata, subcheliformi; ungue longo, angusto.

Pedes 3tii et 4ti paris articulis angustis; 3tio longiore quam apud genus præcedens; ungvibus gracilibus curvatisqve.

N. tumida. Bruzelius 1859.

Nicippe tumida. Bruz., Amphip. Gam. K. Vet. Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 99. 1859. *pl. 4, fig. 19*

Segmenta dorsi et postabdominis rotundata, dentibus et spinis destituta; tamen segmentum postabdominis 4tum in medio margine postico dentibus duobus armatum. Angulus inferior posticus segmenti postabdominis 3tii in aculeum parvum productus. Pedes 1mi et 2di paris manu ovata; ungue longo, curvato, in margine spinis gracilibus instructo. Pedes saltatorii ultimi paris ramis elongatis, lanceolatis. Christianiafjord, Buknfjord, Hardangerfjord.

Subfamilia IX. Leucothoinæ. Dana 1852. 807

Labium superius latum, in apice insinuatum.

Mandibulæ parvulæ; in apice dilatata, plus minusve dentata, dissimiles, altera ramo interiore prædita, altera eodem carens; tuberculo molari robusto aut nullo; palpo elongato, 3articulato.

Labium inferius laminis interioribus angustis.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore magnitudinis mediocris aut parva, paucis aut nullis setis instructa; palpo angusto, 2articulato.

Maxillæ 2di paris breves, lamina interiore latiore quam exteriori.

Pedes maxillares laminis minimis, aut fere obsoletis; exteriori in margine interiore et in apice spinis tenuibus instructa; palpo prælongato, robusto; articulo ultimo ungvem longum et curvum efficienti.

Corpus compressum, attamen sat crassum; dorso lato; epimeris magnitudinis mediocris; 1mo majore quam 2do et 3tio.

Antennæ superiores flagello appendiculari breviori aut longiore; interdum nullo.

Pedes 1mi et 2di paris invicem eadem forma aut raro dissimiles; manu apud sexum utrumque robustissima; carpo brevi, in angulo inferiore postico valde producto.

Pedes reliqui elongati; trium parium ultimorum articulo 1mo dilatato.

Pedes saltatorii biramei; ramo exteriori duorum anteriorum parium breviori quam interiore; ramis ultimi paris longitudine fere æqualibus.

Appendix caudalis elongata, non aut plus minusve fissa.

Gen. I. Lilljeborgia. Spence Bate 1862.

Iduna. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 656.

Lilljeborgia. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 118. 1862.

Microplax. Lilljb., On the *Lysianassa Magellanica* etc. p. 19. 1865.

Mandibulæ in apice valde dentatæ; tuberculo molari obsoleto.

Antennæ superiores pedunculo inferiorum breviores aut parum longiores; flagello appendiculari longissimo.

Pedes 1mi paris manu parum minore sed eadem forma ac 2di paris; carpo sat brevi, postice et deorsum in calcem producto.

Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim crescentes.

Appendix caudalis usque ad basin fissa.

L. pallida. Spence Bate 1855.

Gammarus pallidus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855.

Gammarus brevicornis. Bruz., Amphip. Gammar. K. Vet. Akad.

Handl. Ny Följd. III. p. 62. 1859. *pl. 8, fig. 11*

Iduna brevicornis. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 656.

7. *Lilljeborgia pallida.* Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit.

Mus. p. 118. 1862. *pl. 20, fig. 5*

Segmenta quinque anteriora postabdominis in medio margine posteriore denticulis singulis acutis instructa. Dorsum non carinatum. Angulus inferior posticus lateralis segmenti postabdominis 3tii rectus et, ut segmentum postabdominis 2dum, dente acuto armatus. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to longitudine ferme æqualibus. Pedes 1mi paris manu oblonga, ovata, in margine postico magis curvata quam in margine antico. Pedes 2di paris eadem forma ac 1mi paris. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo lato, ovato, in margine postico rotundato, dentato. Pedes saltatorii ultimi paris ramis invicem eadem longitudine, lanceolatis et paulo longioribus quam pedunculo. Ad oras occidentales Norvagiæ.

L. fissicornis. Sars 1858.

Gammarus fissicornis. Sars, Oversigt over norsk-arctiske Krebsdyr.

Forhandl. i Vidensk.-Selsk. i Christiania 1858. p. 147. *pl. 18, fig. 9*

Iduna fissicornis. A. Boeck, Forh. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 657.

Gammarus pallidus. Goës, Crust. Amph. maris Spetsb. p. 13. fig. 27.

Segmenta postabdominis duo anteriora in medio margine posteriore dentibus singulis sat acutis, retroversis instructa; segmentum 3tium dente destitutum; segmentum 4tum et 5tum carinata; carina postice in dentem acutum, erectum et triangularem, segmenti 4ti majorem, desinenti. Antennæ superiores duas tertias longitudinis inferiorum æqvantes. Antennæ inferiores ad segmentum trunci 5tum porrectæ; articulo pedunculi 4to parum breviora quam 5to. Pedes 2di paris manu fere triangulari, apicem versus angustiore. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 5to breviora quam 4to. Pedes 7mi paris articulo 5to longitudinem 4ti æqvanti. Spitsbergia, Finmarkia. *off. hantax 1754!*

Gen. II. Eusirus. Krøyer 1845.

Eusirus. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2 R. 1 B. 1845. p. 501.

Mandibulæ in apice parum modo dentatæ; tuberculo molari robusto.

Antennæ superiores inferioribus longiores; flagello appendiculari minimo.

Pedes 1mi et 2di paris manibus magnitudine et forma æqualibus; carpo elongato, angusto et in medio margine anteriore manus ovatæ et inflatæ affixo.

Pedes trium parium ultimorum valde elongati.

Pedes saltatorii 3tii paris ramis longitudine æqualibus, laminiformibus, in margine setosis.

Appendix caudalis prælongata, in apice parum modo fissa.

E. cuspidatus. Krøyer 1845.

Eusirus cuspidatus. Nat. Tidsskr. 2 R. 1 B. p. 501. pl. 7. f. 1.

Segmentum trunci 6tum in medio margine postico denticulo instructum. Segmentum trunci 7mum et segmenta postabdominis quatuor anteriora carinata. Carina segmenti trunci 7mi et segmentorum postabdominis duorum anteriorum postice in dentes validos producta. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo et 2do invicem eadem longitudine, in margine anteriore serratis. Pedes 1mi

et 2di paris manu ovata, duplo longiore quam lata. Pedes trium parium ultimorum articulis quinque posterioribus junctis non ter longioribus quam articulo 1mo. Appendix caudalis fere usque ad medium fissa. Grœnlandia, Spitsbergia, Finmarkia.

Gulf St. Lawrence!

E. longipes. A. Boeck 1860.

Eusirus longipes. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 656.

Eusirus Helvetiæ. Spence Bate, Cat. Amph. Crust. Brit. Mus. 1862. p. 155. *pl. 29, fig. 1 (E. 24) - Norman 287, 1869*

Eusirus bidens. Heller, Denkschriften a. K. Akad. d. Wiss. 26 B. 2 Abt. 1866. p. 32. Taf. III. f. 19.

Dorsum non carinatum. Segmenta postabdominis duo anteriora in medio margine postico dentibus singulis armata. Segmentum postabdominis 3tium in margine postico serratum. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo in extremo margine inferiore serrato; articulo 2do in margine superiore denticulis instructo. Pedes 1mi paris manu multo latiore quam apud speciem præcedentem. - Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo angustiore; articulis reliquis junctis plus quam quater longioribus quam 1mo. Appendix caudalis solum in exteriori quarta parte fissa. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

Gen. III. Leucothoë. Leach 1813.

Leucothoë. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 403. 1813. 1814.

Lycesta. Savigny, Mém. sur les Animaux sans vertèbres, fasc. i. p. 109. 1816.

Mandibulæ in apice valde dilatatæ et dentatæ; tuberculo molaribus absentibus.

Maxillæ 1mi paris lamina interna minima.

Pedes maxillares lamina externa fere obsoleta.

Antennæ superiores flagello appendiculari destitutæ.

Pedes 1mi paris carpo ovato, in angulo inferiore postico ad processum longum tenuem, curvatum, acuminatum producto; manu elongata, lineari, in margine posteriore spinis armata.

Pedes 2di paris carpo calcem longum emittenti; manu per- magna, subcheliformi.

Pedes reliqui graciles.

Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo sat elongato.

Appendix caudalis non fissa.

L. spinicarpa. Abilgaard 1789.

Gammarus spinicarpus. Abilgaard, Zool. Dan. III. p. 66. pl. CXIX. f. 1—4. 17.

Cancer articulatus. Montagne, Lin. Trans. VII. pl. 70. pl. VI. f. 6. 7.

Leucothoë articulosa. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 403.

Leucothoë denticulata. Costa, Rend. del. Reale Accad. d. Sc. di Napoli. 1853.

Oculi ovati, rubri. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo et 2do longitudine fere æqualibus. Pedes 1mi paris processu carpi longitudinem manus ferme æqvanti. Pedes 2di paris manu ovata, in acie curvata, non incisa. Pedes saltatorii ultimi paris ramis brevioribus quam pedunculo. Appendix caudalis lanceolata.

Gen. IV. Tritropis. n. g.*

Amphithonotus. Costa, in Cat. Crost. Ital. pr Fr. Gugl., Hope, Napoli. 1851.

Antennæ superiores inferioribus breviores.

Epimera parva; 1mum in angulo inferiore antico productum.

Pedes 1mi et 2di paris manu sat magna, ovata; ungue longo; carpo brevi, in angulo inferiore postico producto.

Pedes 3tii et 4ti paris perlongi, graciles; articulo 3tio brevi.

Pedes trium parium ultimorum gracillimi et longissimi; articulo 1mo dilatato.

Appendix caudalis prælongata, in apice fissa.

T. aculeata. Lepechin 1778.

Oniscus aculeatus. Lepechin, Acta Petropolet. 1778. 1. 247. T. 8. f. 1.

* *Tritropis* Fitzinger, Rept., 1843

Talitrus Edwardsi. Sab., Suppl. to the Append. of Parrys first Voy.
233. T. 2. f. 1—4.

Amphithoë Edwardsi¹ Owen, Append. to Ross. Second. Voy. 90.

Amphithonotus aculeatus. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb.
p. 10.

Rostrum frontale perlongum, inter antennis superiores situm. Carina a capite ad segmentum 4tum postabdominis porrecta et in segmentis trunci duobus ultimis in spinas singulas retroversas et in segmentis postabdominis quatuor anterioribus in spinas binas, in margine posteriore segmenti majorem et in medio segmento minorem, producta. Carina in utroque latere carina accessoria instructa; hac in margine posteriore segmenti trunci ultimi et segmentorum postabdominis trium anteriorum in spinas singulas validas producta. Antennæ superiores articulo 3tio perbrevis. Pedes 1mi paris manu magna, ovata, in acie spinis tenuibus instructa; ungue sat elongato, curvato. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to parum modo longiore quam 3tio. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 1mo in medio margine posteriore in processum obtusum producto. Pedes 7mi paris articulo 1mo in angulo inferiore posteriore paulum producto et acuminato. Appendix caudalis ter — quater longior quam lata, in exteriori quarta parte fissa. Grænlantia, Spitsbergia, Finmarkia. —

T. Helleri. n. s.

Rostrum frontale parvum, inter antennis superiores situm. Carina in medio trunco oriunda, in margine posteriore in spinas, in segmentis ultimis trunci tenues, in segmentis postabdominis quatuor anterioribus longiores, producta. Segmenta postabdominis in medio dentibus destituta. Carina accessoria propius carinam primariam sita et similiter armata. Segmentum postabdominis 3tium in margine posteriore serratum. Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio elongato. Pedes 1mi et 2di paris ferme ut apud speciem præcedentem. Pedes parium quinque posteriorum prælongati. Pedes 5ti, 6ti et 7mi paris articulo 1mo non multo dila-

tato et in margine posteriore non producto. Christianiafjord, Buknfjord, Hardangerfjord.

T. fragilis. Goës 1865. †.

Paramphithoë fragilis. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 8. fig. 16.

Caput sine rostro frontali, sed frons prominula. Oculi nigri, subreniformes. Segmenta postabdominis tria anteriora obtusa, tricarinata, edentata. Segmentum postabdominis 2dum in angulo inferiore postico acutum, 3tium in angulo rotundatum. Antennæ multo magis elongatæ quam apud species duas præcedentes. Pedes 1mi et 2di paris elongati, manu parva, subcheliformi, breviora quam carpo. Pedes parium sequentium elongati. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo non valde dilatato; pedes 7mi paris in angulo inferiore postico producti. Appendix caudalis circiter duplo longior quam lata, in exteriori tertia parte fissa et in margine exteriori serrata. Grœnlandia, Spitsbergia.

Subfamilia X. Oedicerinæ. Lilljeborg 1865. 20

Labium superius in apice insinuatum.

Mandibulæ robustissimæ, in apice latæ, plus minusve dentatæ; processu accessorio item plus minusve dentato; serie spinarum spinis simplicibus sed robustis instructa; tuberculo molari non permagno; palpo longo, 3articulato.

Labium inferius latum; lamina interiori magna.

Maxillæ 1mi paris lamina interiori sat magna, in apice duabus setis, partim plumosis, instructa; palpo 2articulato, in apice spinas angustas gerenti.

Maxillæ 2di paris laminis perbreuibus et latis, interiori latiore quam exteriori.

Pedes maxillares lamina interiori parva; exteriori partim longiore partim breviora, nunquam permagna, in margine interiori spinis validis, apicem versus crescentibus, armata; palpo lato et robusto; articulo palpi ultimo valido, unguiformi.

Corpus parum compressum. Dorsum rotundum, raro carinatum et dentibus armatum. Epimera magnitudinis mediocris, in margine inferiore setosa. Epimerum 1mum apicem versus dilatatum. Caput in fronte plerumque in rostrum latum, in quo oculi siti, productum. Rostrum raro nullum et oculi in latere capitis siti.

Antennæ superiores flagello appendiculari destitutæ.

Pedes 1mi et 2di paris manu plus minusve valida, aut subcheliformi aut cheliforni; pedes 2di paris raro sine manu subcheliformi; carpo plerumque in angulo inferiore postico paris utriusque in calcem valde producto.

Pedes 5ti et 6ti paris magnitudine et forma ferme æquales.

Pedes 7mi paris prælongati, pedibus 5ti et 6ti paris sæpissime duplo longiores.

Pedes saltatorii elongati, biramei; ultimi paris ramis angustis; pedunculo raro prælongato.

Appendix caudalis brevis, integra.

Gen. I. Oediceros. Krøyer 1842.

Oediceros. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV. p. 155. 1842.

Pedes maxillares lamina exteriori ultra dimidium articulum palpi 2dum porrecta.

Caput antice in rostrum latum, crassum, apicem versus angustius, productum. Oculi in rostro, nunc prope basin nunc in apice, siti.

Antennæ superiores inferioribus breviores, sed pedunculo inferiorum longiores.

Pedes 1mi et 2di paris manu permagna subcheliformi instructi; carpo sat brevi, ex angulo inferiore posteriore calcem non longam emittenti.

Pedes 5ti et 6ti paris magnitudine et forma ferme æquales.

Pedes 7mi paris pedibus duobus præcedentibus fere duplo longiores.

Pedes saltatorii ultimi paris non ultra pedes saltatorios 1mi et 2di paris porrecti.



O. saginatus. Krøyer 1842.

Oediceros saginatus. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV. p. 156. 1842.

Oculi ad basin rostri siti. ⁴⁺⁵ Rostrum antice acutum et usque ad finem articuli pedunculi 1mi antennarum superiorum porrectum. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to multo brevioribus sed crassioribus quam articulo 5to. Pedes 1mi et 2di paris forma æquales; carpo minuto et ex angulo inferiore postico calcem non longam, sed setosam, emittenti; manu permagna, ovata. Pedes 3tii et 4ti paris ungue perlato, apicem versus rotundato. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to et 5to longitudine ferme æqualibus; ungue lato, lanceolato. Appendix caudalis ovata. Grænlandia, Spitsbergia, Islandia, Finmarkia. *Hurry Bay! Dr. Dawson*

O. lynceus. Sars 1858.

Oediceros lynceus. Sars, Oversigt over norsk-arct. Krebsdyr. Forhandl. i Vidensk.-Selsk. i Christiania 1858. p. 143.

Oediceros propinquus. Goës, Crust. Amphip. p. 10. ⁽¹⁸²⁶⁾ fig. 19.

Rostrum productum, rectum et obtusum, articulo pedunculi 1mo antennarum superiorum longius. Oculi prope ad apicem rostri siti. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to parum modo longiore et latiore quam 5to. Pedes 1mi paris carpo sat brevi et calce destituto. Pedes 2di paris carpo calcem non longam emittenti; manu latiore quam apud pedes 1mi paris, elongata, ovata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to et 5to elongatis; ungue longo, angusto, acuminato, acuto, longitudinem articuli 5ti ferme æqvanti. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to et 5to elongatis et longitudine fere æqualibus; ungue fere eadem longitudine ac articulo ultimo. Appendix caudalis elongata, apicem versus angustior et infra truncata. Grænlandia, Spitsbergia, Islandia, Finmarkia.

Labrador, G. St. Lawrence

O. borealis. n. s.

Rostrum obtusum, articulo pedunculi 1mo antennarum superiorum multo brevius. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to crassissimo et parum modo brevioribus quam 5to. Pedes 1mi paris carpo in calcem perlongam et angustam, longitudine ferme

dimidio manu elongata, oviformi æqvalem, producto. Pedes 2di paris calce multo breviorè qvam apud pedes 1mi paris; manu magna, ovata. Pedes 3tii et 4ti paris ungvè brevi, non perlato. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to et 5to non prælongatis, junctis vix longioribus qvam articulo 3tio; ungvè parum longiorè qvam articulo 5to. Pedes 7mi paris articulis multo brevioribus et latioribus qvam apud species præcedentes. Pedes saltatorii non elongati; ultimi paris ramis longitudinem pedunculi superantibus. Appendix caudalis infra rotundata. Grœnlandia, Finmarkia.

Gen. II. Acanthostepheia. n. g.

Pedes maxillares lamina externa parvula, non ad medium articulum palpi 2dum porrecta; lamina interna etiam parvula.

Antennæ prælongatæ, tenues; superiores inferioribus paulo breviores.

Corpus valde carinatum; segmentis trunci posterioribus et segmentis postabdominis postice in processus longos et dentiformes exeuntibus; epimeris posterioribus valde acuminatis; capite antice in rostrum longissimum producto.

Cæteroquin ferme ut apud genus *Oediceros*.

A. Malmgreni. Goës 1865. †.

Amphithonotus Malmgreni. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 10. fig. 17. (p. 526)

Corpus crassum et validum. Segmenta trunci duo posteriora et postabdominis quatuor anteriora carinata et in medio margine posteriore in spinam firmam desinentia. Segmentum trunci ultimum et segmenta postabdominis quatuor anteriora insuper ante spinas spinis singulis minoribus instructa; angulo inferiore posteriore acuto. Epimera tria posteriora angulo inferiore posteriore acuto. Caput antice in rostrum longum et rectum, in apice acutum, productum. Rostrum longitudinem capitis superans, ad extremum elongatum et angustum articulum pedunculi 1mum antennarum superiorum porrectum. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to longitudine æqualibus. Pedes 1mi paris manu ovata; carpo brevi; calce

parva. Pedes 2di paris eadem forma ac 1mi paris sed majores; manu paulo longiore. Pedes 3tii et 4ti paris elongati. Pedes 7mi paris articulo 4to fere duplo longiore quam 3tio et longiore quam 5to. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore paulo brevior quam pedunculo. Appendix caudalis paulo longior quam lata. Spitsbergia.

J. St. Lawrence!

Gen. III. Monoculodes. Stimpson 1853.

Monoculodes. Stimpson, Marine Invert. of Grand Manan. p. 54. 1853.

Krøyeria. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 13.

Antennæ elongatæ; superiores inferioribus paulo breviores.

Pedes 1mi paris carpo in angulo inferiore posteriore in calcem brevem producto; manu subcheliformi, non magna.

Pedes 2di paris manu prælongata, in acie oblique truncata; calce carpi producta.

Reliqua cum genere Oediceros ferme conveniunt.

M. affinis. Bruzelius 1859.

Oediceros affinis. Bruz., Amphip. Gammar. K. Vet. Akad. Handl.

Ny Följd. III. p. 93. 1859.

? Westwoodia carinata. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855.

? Monoculodes carinatus. Spence Bate, Catal. of Amph. Brit.

Mus. 1862. p. 104.

Rostrum frontale parvum, percurvatum, articulo pedunculi 1mo antennarum superiorum paulo brevius. Oculi magni, prope ad apicem rostri siti. Antennæ superiores ferme ad finem pedunculi inferiorum porrectæ. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to multo brevior quam 5to; utroque brevi. Pedes 1mi paris manu ovata; carpo brevi. Pedes 2di paris manu fere quater longior quam lata, in acie oblique truncata; calce carpi prælongata, ad finem marginis posterioris manus porrecta. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to postice non valde dilatato; ungue parvulo, vix conspicuo. Pedes 5ti et 6ti paris ungue parvo instructi. Ad oras occidentales Norvagiæ usque ad Bohusiam.

M. Norvegicus. A. Boeck 1860.

Oediceros norvegicus. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 650.

Oediceros affinis. Goës, Crust. Amph. p. 11. f. 21.

Rostrum frontale curvatum, articulo pedunculi 1mo antennarum superiorum longius, in apice acuminatum. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to longitudine fere æqualibus, tamen 4to paulo longiore. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to postice sat dilatato; ungue longitudine articulum ultimum fere æqvanti. Pedes 5ti et 6ti paris multo angustiores et longiores quam apud speciem præcedentem; ungue longo, parum modo brevior quam articulo ultimo. Pedes saltatorii ultimi paris ramis longitudinem pedunculi ferme æqvantibus. Cæteroquin ferme ut apud *M. affinis*. Grœnlandia, Spitsbergia et ad oras occidentales Norvagiæ.

M. Grubei. n. s.

Rostrum frontale brevissimum. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo paulo longiore quam apud speciem præcedentem; articulo 3tio prælongato, longitudine ferme 1mum et 2dum æqvanti. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to longitudine ferme æqualibus, 4to crassiore. Pedes 1mi paris manu duplo ferme longiore quam lata et apicem versus angustiore; calce carpi longitudine manum ferme æqvanti, acuta. Pedes 2di paris manu fere quater longiore quam lata; calce carpi longiore quam manu et in apice acuta. Pedes 3tii et 4ti paris elongati; articulo 4to et 5to eadem ferme longitudine; 4to in angulo inferiore anteriore subelongato et setis multis curvatis instructo; ungue angusto, acuminato, brevior quam articulo 5to. Pedes 5ti et 6ti paris elongati; ungue paulo brevior quam articulo 5to. Pedes 7mi paris articulo 4to longiore quam 3tio. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori parum brevior quam interiori; hoc parum brevior quam pedunculo. Appendix caudalis paulo longior quam lata, infra truncata. Christianiafjord.

M. longicornis. n. s.

Rostrum frontale perbreve. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do longiore et angustior quam 1mo; 3tio brevior. An-

tennæ inferiores articulo pedunculi 4to paulo breviorē quam 5to. Pedes 1mi paris manu fere quadrangulāri, duplo longiorē quam lata; calce carpi ad finem marginis posterioris manus porrecta. Pedes 2di paris manu circiter quater longiorē quam lata et apicem versus angustiorē; calce carpi paulo breviorē quam manu et infra rotundata. Pedes 3tii et 4ti paris robusti; ungue brevi, ferme tertiam longitudinis articuli 5ti partem æqvanti. Pedes 5ti et 6ti paris ungue longiorē quam dimidio articulo ultimo. Pedes saltatorii ultimi paris ramis brevioribus quam pedunculo. Appendix caudalis parum longior quam lata. Haugesund.

M. Kroyeri. n. s.

Rostrum frontale longitudine ferme dimidium articulum pedunculi 1mum antennarum superiorum æqvans. Oculi prope ad apicem rostri acuti siti. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo et 2do longitudine ferme æqualibus; 3tio perbrevi. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to parum breviorē, sed latiorē quam 5to. Pedes 1mi paris manu ovali; carpo paulo breviorē quam manu, calcem brevem, latam et setosam emittenti. Pedes 2di paris manu ferme ter longiorē quam lata; calce carpi angusta, non ad finem marginis posterioris manus porrecta. Pedes 3tii et 4ti paris brevissimi et latissimi; articulo 4to vix longiorē quam lato; 5to apicem versus latiorē, in margine antico persetosō; ungue perlato, crasso, longiorē quam dimidio articulo 5to. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 5to ferme eadem longitudine ac ungue lato crassoqve. Appendix caudalis longior quam lata, infra truncata. Haugesund.

M. Packardi. n. s.

Rostrum frontale longitudine fere articulum pedunculi 1mum antennarum superiorum æqvans, apicem versus valde acuminatum, subcurvatum. Oculi in parte basali rostri siti. Antennæ elongatæ; superiores articulo pedunculi 2do perlongo, tenui, parum longiorē quam 1mo; 3tio brevi. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to perangustis; 4to paulo longiorē et crassiorē quam 5to. Pedes 1mi paris manu brevi, apicem versus latiorē; calce carpi

M. longirostris (Mason)

brevi, in apice rotundata. Pedes 2di paris manu paulo longiore, ferme duplo longiore quam lata et apicem versus latiore; calce carpi angusta, ad finem marginis posterioris manus porrecta. Pedes 3tii et 4ti paris ungue sat lato et eadem longitudine ac articulo 5to. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to angusto; 5to multo longiore quam 4to; ungue praelongato, acuto, ferme eadem longitudine aut longiore quam articulo 5to. Pedes 7mi paris articulo 4to brevior quam 3tio, longiore apud marem quam apud feminam. Pedes saltatorii ultimi paris ramis paulo brevioribus quam pedunculo. Appendix caudalis paulo longior quam lata; infra truncata. Christianiafjord, Haugesund.

M. tenuirostratus. n. s.

Rostrum frontale praelongatum, parum modo curvatum, ultra finem articuli 1mi antennarum superiorum productum. Oculi parvi, ad basin rostri frontalis positi. Antennae superiores articulo pedunculi 1mo praelongato; 2do parum modo brevior et angustior quam 1mo. Pedes 1mi paris manu lata, fusiformi, longiore quam carpo; calce carpi brevior quam dimidia manus longitudine. Pedes 2di paris manu paulo longiore quam 1mi paris. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 5to et ungue longitudine ferme aequalibus. Pedes 5ti et 6ti paris praelongati, graciles; articulo 3tio et 5to longitudine fere aequalibus; ungue angusto, subcurvato, longitudinem articuli ultimi aequanti vel parum superanti. Pedes saltatorii elongati; ultimi paris ramo multo brevior quam pedunculo. Christianiafjord.

M. tuberculatus. n. s.

Rostrum frontale subcurvatum, in apice acuminatum, non perlongum, attamen ultra medium articulum pedunculi 2dum antennarum superiorum productum. Oculi prope ad basin rostri positi. Antennae sat breves. Antennae superiores articulo pedunculi 2do longitudine 1mum fere aequanti et in extremo margine superiore nodo magno, setoso instructo; articulo 3tio non longiore quam articulis flagelli setosis. Antennae inferiores articulo pedun-

culi 4to et 5to eadem fere longitudine. Pedes 2di paris manu ferme ter longiore quam lata, in acie oblique truncata; calce carpi angusta, ad finem marginis posterioris manus porrecta. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio perbrevis et apicem versus latiore; 5to longiore et angustiore; ungue parum longiore quam dimidio articulo 5to. Pedes 5ti paris articulo 4to angusto, fere dimidiam longitudinem articuli 5ti æqvanti; ungue longiore quam dimidio articulo 5to. Pedes 6ti paris pedibus 5ti paris longiores. Pedes 7mi paris articulo 3tio brevior quam 4to; articulo 4to item brevior quam 5to. Pedes saltatorii ultimi paris ramis longioribus quam pedunculo. Appendix caudalis brevis. Haugesund.

M. borealis. n. s.

Oediceros affinis. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 11. fig. 21.

Rostrum frontale longum, geniculatum, in apice acuminatum. Oculi in genu rostri siti. Antennæ breves. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo circiter ad extremum rostri apicem porrecto; articulo 2do multo brevior. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to parum longiore quam 5to. Pedes 2di paris manu plus quam duplo longiore ac lata, in acie oblique truncata; calce carpi ad finem marginis posterioris manus porrecta. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to et 5to brevibus, setosis; ungue lato, paulo longiore quam dimidio articulo 5to. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to longiore quam lato; 5to longiore quam 4to; ungue lato, paulo brevior quam articulo 5to. Pedes 7mi paris articulo 3tio et 4to ferme eadem longitudine. Pedes saltatorii ultimi paris ramis parum brevioribus quam pedunculo. Appendix caudalis brevis et lata. Nordlandia, Spitsbergia.

M. latimanus. Goës 1865.

Oediceros latimanus. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 11. f. 23.

Rostrum frontale breve, attamen longitudine articulo pedunculi 1mo antennarum superiorum æqvale. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do parum brevior et angustior quam 1mo; 3tio longitudine et crassitudine parum decrescenti. Antennæ in-

feriores articulo pedunculi 4to paulo brevior et crassior quam 5to. Pedes 1mi paris manu apicem versus latior, in acie oblique truncata; calce carpi perbrevis. Pedes 2di paris eadem forma ac 1mi paris, sed paulo majores; calce carpi dimidiam longitudinem marginis posterioris manus æquanti. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to et 5to elongatis; 5to parum modo longior quam 4to et in margine antico curvato et setoso; ungue tenui et multo brevior quam articulo 5to. Pedes 5ti et 6ti paris ungue ferme dimidiam longitudinem articuli 5ti æquanti. Pedes 7mi paris articulo 4to brevior quam 3tio. Appendix caudalis paulo longior quam lata, infra truncata. Grœnlandia, Spitsbergia, Nordlandia.

Gen. IV. Halimodon. n. g.

Mandibulæ in apice parum modo dentatæ et crassæ; palpo prælongato et angusto.

Pedes 1mi paris carpo tam longo aut multo longior quam manu ovata et in angulo inferiore postico parum dilatato.

Pedes 2di paris carpo prælongato, angusto, calce parvula prædito aut destituto; manu tam longa aut brevior quam carpo.

H. Molleri. n. s.

Rostrum frontale longum, tumidum, in apice rotundatum, fere ad finem articuli 1mi pedunculi antennarum superiorum porrectum. Oculi magni, fere in toto latere rostri positi. Antennæ superiores elongatæ; articulo pedunculi 2do parum longior quam 1mo. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to parum brevior et latior quam 5to. Pedes 1mi paris articulo 3tio in angulo inferiore postico producto, acuto; carpo apicem versus latior, cordiformi; manu ovali. Pedes 2di paris articulo 3tio item in angulo inferiore postico acuminato; carpo multo longior et angustior quam 1mi paris; manu obovata, brevior quam carpo. Pedes 3tii et 4ti paris elongati, angusti; ungue et articulo 5to ferme eadem longitudine; articulo 5to in margine antico setis longis instructo. Pedes 5ti et 6ti paris

articulo 5to perangusto, longo, paulo longiore quam ungue longissimo, angusto et acuto. Pedes 7mi paris articulo 4to fere eadem longitudine ac 3tio; 5to parum longiore. Pedes saltatorii ultimi paris ramis longitudine pedunculo ferme æqualibus. Appendix caudalis paulo longior quam lata, infra truncata. Nordlandia, Haugesund, Farsund, Christianiafjord.

H. Saussurei. n. s.

Rostrum frontale perbreve, vix ultra dimidium articulum pedunculi 1mum antennarum superiorum porrectum. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do parum brevior quam 1mo. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to ferme eadem longitudine sed crassior quam 5to. Pedes 1mi paris carpo elongato, apicem versus dilatato, calce perbrevis et rotundata instructo; manu brevior quam carpo, ovata. Pedes 2di paris carpo et manu longitudine æqualibus et sat elongatis, perangustis; carpo in angulo inferiore postico non dilatato. Pedes 3tii et 4ti paris prælongati; articulo 5to parum longiore quam 4to et longitudine unguem longum et angustum æqvanti. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 5to parum longiore quam 4to, multo longiore quam ungue angusto et in apice acuto. Pedes 7mi paris articulo 4to multo longiore quam 3tio et 5to. Pedes saltatorii prælongati; ultimi paris ramis parum longioribus quam dimidio pedunculo. Appendix caudalis brevissima. Christianiafjord.

H. longimanus. n. s.

Rostrum frontale perbreve, vix ad dimidium articulum pedunculi 1mum antennarum superiorum porrectum. Pedes 1mi paris carpo antice dilatato, claviformi; manu ovata, parum brevior quam carpo. Pedes 2di paris carpo magis elongato quam apud pedes 1mi paris, apicem versus parum dilatato et in margine posteriore spinis gracilibus instructo; manu elongata, ovata, paulo longiore quam dimidio carpo. Pedes 3tii—6ti paris ungue brevior quam articulo 5to. Pedes 7mi paris articulo 4to brevior quam 3tio. Pedes saltatorii breves; ultimi paris ramis tam longis aut parum longi-

oribus quam pedunculo. Appendix caudalis vix longior quam lata. Christianiafjord.

H. brevicealcar. Goës 1865. †.

Oediceros brevicealcar. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 11. fig. 22.

Rostrum frontale breve, longitudine dimidium articulum pedunculi 1mum antennarum superiorum æquans. Pedes 1mi paris carpo brevi, calce perbrevis instructo; manu ovata, tam longa quam carpo. Pedes 2di paris forma pedibus 1mi paris similes, sed longiores. Pedes 4ti—6ti paris ungue longo, tenui, acuto, parum brevior quam articulo 5to. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore multo longiore quam pedunculo et longiore quam exteriori. Appendix caudalis ferme tam longa quam ad basin lata. Spitsbergia, Islandia, Norvagia usque ad Bohusiam.

Gen. V. Pontocrates. n. g.

Krøyeria. Spence Bate, Ann. Nat. Hist. 1857. p. 139.

Pedes 1mi paris pervalidi; manu magna, lata; calce carpi eadem longitudine ac margine manus posteriore.

Pedes 2di paris manu prælongata, cheliformi; calce carpi prælongata aut absenti.

Cæteroquin ferme ut apud *Oediceros*.

P. Norvegicus. A. Boeck 1860.

Krøyeria arenaria. Spence Bate, Tyneside. Nat. Field Club. vol. IV. pt. I. p. 15. pl. 2. fig. 1. 1863.

Rostrum frontale breve, in apice obtusum, deorsum non valde curvatum. Antennæ superiores brevissimæ et crassissimæ; articulo pedunculi 1mo circiter eadem longitudine ac articulis sequentibus junctis aut parum brevior. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to ferme eadem longitudine. Pedes 1mi paris manu triangulari non duplo longiore quam lata, in acie curvata; calce carpi parum modo brevior quam manu. Pedes 2di paris carpo

in calcem perlongam, angustam, ultra apicem manus porrectam et infra setosam, producto. Pedes 3tii et 4ti paris breves; articulo 3tio valde dilatato; ungue minimo, vix conspicuo. Pedes saltatorii ultimi paris breves; ramis parum longioribus quam pedunculo. Haugesund, Christianiafjord.

P. haplocheles. Grube 1864.

Krøyeria haplocheles. Grube, Die Insel Lussin. S. 72. 1864.

Krøyeria brevicarpa. Spence Bate, Catal. of Brit. sessile-eyed. Crust. Vol. II. p. 508. 1869.

Rostrum frontale elongatum, deorsum curvatum. Antennæ superiores elongatæ, angustæ; articulo pedunculi 1mo et 3tio longitudine fere æqualibus, sed 1mo crassissimo; 2do parum longiore. Pedes 1mi paris manu elongata, duplo longiore quam lata, in acie dentibus obtusis aut nodis instructa; calce carpi longitudine manum dimidiam æqvanti. Pedes 2di paris manu longiore et angustiore quam apud speciem præcedentem; carpo calce destituto. Pedes 3tii et 4ti paris angustiores; ungue minuto sed conspicuo. Pedes saltatorii longiores et angustiores; ultimi paris ramis ferme eadem longitudine ac pedunculo. Haugesund, Christianiafjord.

Gen. VI. Aceros. A. Boeck 1860.

Aceros. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 651.

Maxillæ 1mi paris lamina interna elongata, angusta.

Caput rosto frontali magno destitutum; oculi non coaliti, in lateribus capitis siti; epimera minora quam apud genus Oediceros.

Antennæ superiores pedunculo prælongato; flagello brevi.

Pedes 1mi et 2di paris subcheliformes, non pervalidi; carpo calcem brevem emittenti.

Pedes 7mi paris pedibus 5ti et 6ti paris fere duplo longiores.

Cæteroquin ferme ut apud genus Oediceros.

A. phyllonyx. Sars 1858.

Leucothoë phyllonyx. Sars, Oversigt over norsk-arct. Krebsdyr.

Forhandl. i Vidensk.-Selsk. i Christiania 1858. p. 148.

Oediceros obtusus. Bruz. Amphip. Gammar. K. Vet. Akad. Handl.

Ny Följd. III. p. 92. 1859. *M. 4, 69-17*

Aceros obtusus. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 651.

Montagua phyllonyx. Spence Bate, Catal. of Amph. Brit. Mus. p. 369.

Epimerum 1mum antice in lobum rotundatum productum. Antennæ superiores elongatæ, ad segmentum postabdominis 1mum porrectæ; articulo pedunculi 2do multo longiore quam 1mo; 3tio brevissimo. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to longitudine æqualibus. Pedes 1mi et 2di paris eadem forma, sed 2di paris paulo longiores et validiores; calce carpi brevior quam dimidia manu; hac ovata, parum brevior quam carpo. Pedes 3tii et 4ti paris robusti; articulo 4to et 5to ferme eadem longitudine ac ungue perlato, oblongo et elliptico. Pedes saltatorii elongati; ultimi paris ramo interiore paulo longiore quam exteriori. Spitsbergia, ad oras Scandiæ usque ad Bohusiam. *S. St. Law.*

Gen. VII. Halicreion. n. g.

Pedes maxillares lamina utraqve minima; palpo prælongato.

Antennæ elongatæ; superiores articulis pedunculi longitudine parum modo decreescentibus et apud marem minimis; articulis flagelli anterioribus maris coalitis.

Pedes 7mi paris pedibus 5ti et 6ti paris paulo, non multo, longiores.

Pedes saltatorii 1mi et 2di paris postice ad apicem pedunculi ultimi paris porrecti.

Pedes saltatorii ultimi paris prælongati.

Cæteroquin ferme ut apud genus Oediceros.

H. longicaudatus. n. s.

Rostrum frontale longitudine articulum pedunculi 1mum antennarum superiorum æquans. Pedes 1mi paris carpo perbrevis et perlato; calce brevi, lata, rotundata; manu ovata, longior quam carpo. Pedes 2di paris pedibus 1mi paris similes, sed longiores.

et angustiores; manu duplo longiore quam lata. Pedes 3tii — 6ti paris ungue perlongo, angusto, eadem longitudine ac articulo 5to. Pedes saltatorii ramo exteriori breviori quam interiori; ramo 3tii paris exteriori longitudine pedunculum ferme æqvanti. Christianiafjord, Haugesund.

Gen. VIII. Oediceropsis. Lilljeborg 1865.

Oediceropsis. Lilljeborg, On the Lysianassa magellanica etc. p. 19. 1865.

Maxillæ 2di paris lamina exteriori multo angustiore quam interiori.

Caput rostro frontali destitutum. Oculi in lateribus capitis siti.

Antennæ superiores perbreves, inferioribus multo breviores.

Antennæ inferiores articulo 4to prælongato.

Pedes ultimi paris præcedentibus non duplo longiores.

Reliqua cum genere Oediceros ferme conveniunt.

Oe. brevicornis. Lilljeborg 1865.

Oediceropsis brevicornis. Lilljeborg, On the Lysianassa magellanica. p. 19. 1865.

Antennæ superiores non ad finem articuli pedunculi 4ti antennarum inferiorum porrectæ; articulis pedunculi gradatim magnitudine decrescentibus. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio perbrevis; 4to fere duplo longiore quam 5to, et in margine inferiore seta una perlonga et crassa instructo. Pedes 1mi et 2di paris ferme eadem forma, sed pedes 2di paris parum majores quam 1mi paris; carpo brevi; calce item brevi et infra rotundata; manu permagna, ovata. Pedes 3tii et 4ti paris prælongati, angusti; ungue paulo breviori quam articulo 5to. Pedes saltatorii 1mi et 2di paris ramo exteriori parum breviori quam interiori; ultimi paris ramo exteriori ferme eadem longitudine aut parum longiore ac articulo pedunculi. Ad oras occidentales Norvagiæ.

Gen. IX. Paramphithoë. Bruzelius 1859.

Paramphithoë. Bruzelius, Amphip. Gammar. K. Vet. Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 68. 1859.

Labium superius profunde fissum.

Mandibulæ dissimiles; altera ramo accessorio instructa, altera hoc destituta; articulo palpi 3tio longitudinem 2di ferme æqvanti.

Maxillæ 1mi paris lamina externa ungvibus gracilibus instructa; his partim in margine interiore serratis, partim in apice furcatis; palpo in apice spinis instructo; lamina interna parva, setis paucis armata.

Pedes maxillares lamina interna brevi sed lata, externa parva, in margine interiore spinis gracilibus instructa; palpo elongato et articulo ejusdem ultimo ungvem longum, in margine interiore serratum, formanti.

Antennæ superiores inferioribus longiores.

Epimera qvatuor anteriora magna aut longitudinis mediocris et magnitudine gradatim crescentia.

Caput in rostrum frontale, plerumqve validum, productum.

Pedes 1mi et 2di paris plus minusve robusti, invicem fere eadem forma; carpo brevi, ex angulo posteriore inferiore calcem parvam emittenti.

Pedes saltatorii ramo exteriori breviori qvam interiore.

Appendix caudalis parva, integra.

[Genus *Paramphithoë* ad subfamiliam *Oedicerinæ* vix referendum].

P. glabra. A. Boeck 1860.

Amphithopsis glaber. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 662.

Paramphithoë exigua. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 7. fig. 12.

Corpus non valde compressum, non peraltum vixqve carinatum. Frons in rostrum breve, acutum producta. Oculi ovales, fere reniformes. Epimera tria anteriora in angulo inferiore postico hamulis singulis armata. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore postico recto aut parum producto et acuto. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo longitudinem articulorum duorum sequentium junctorum æqvanti et in extremo margine infe-

riore in spinam longam producto. Pedes 1mi et 2di paris manu elongata, ovata, multo longiore quam carpo. Pedes 2di paris carpo in angulo inferiore postico parum producto. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo postice dilatato et serrato. Appendix caudalis apicem versus angustior. Grœnlandia, Islandia, Spitsbergia, ad oras occidentales Norvagiæ, Christiania-fjord. 1571

P. media. Goës 1865. †.

Paramphithoë media. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 7. fig. 13.

Corpus sat crassum. Dorsum vix carinatum. Caput in margine anteriore in rostrum frontale perlongum productum. Epimera quatuor anteriora hamulis destituta. Oculi parvi, rotundi, oblongi, nigri. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo breviora quam apud speciem præcedentem, non spinoso. Pedes 1mi et 2di paris ferme ut apud *P. glabra*. Appendix caudalis lata, in apice rotundata. Spitsbergia.

P. panopla. Krøyer 1838.

Amphithoë panopla. Krøyer, Grønlands Amphipoder. Kongl. danske Vid. Selsk. ¹⁸³⁷ Aftandl. p. 270. tab. 2. fig. 9.

Paramphithoë panopla. Bruz., Skand. Amphip. Gammar. K. Vet. Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 69. 1859.

Plenstes tuberculatus. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 62. t. 9. f. 8.

Corpus crassissimum. Caput in margine anteriore in rostrum frontale robustum, triangulare sed in apice obtusum, productum. Dorsum angulatum vel carinatum. Carina segmentorum trunci duorum posteriorum et postabdominis trium anteriorum validissima. Carina in utroque latere carina accessoria instructa; hac in segmentis postabdominis quinque anterioribus in nodos desinenti. Pedes 1mi et 2di paris manu ovata, permagna; carpo in angulo inferiore postico in calcem brevem producto. Pedes saltatorii ramo exteriori multo longiore quam pedunculo. Appendix cau-

dalis ferme eadem longitudine ac latitudine, in margine posteriore truncata. Grœnlandia, Spitsbergia, ad oras occidentales Norvagiæ usque ad oppidum Bergen.

P. parva. n. s.

Corpus peraltum. Epimera item peralta et angusta. Dorsum non carinatum. Rostrum frontale breve, perlatum, in apice rotundatum. Oculi parvuli, rotundi. Antennæ sat breves. Pedes 1mi et 2di paris manu ovata. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo parum dilatato, duplo longiore quam lato. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore brevissimo, parum modo longiore quam pedunculo; ramo exteriori longiore. Appendix caudalis circiter eadem longitudine ac latitudine, in apice truncata. Haugesund.

P. pulchella. Krøyer 1846.

Amphithoë pulchella. Krøyer, Voyages en Scandinavie etc. pl. 10. f. 2. 1846?

Paramphithoë pulchella. Bruz., Amphip. Gammar. K. Vet. Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 70. 1859.

Pherusa pulchella. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 143. pl. XX, VII. fig. 5. 1862.

Paramphithoë pulchella. Goës, Crust. Amph. maris Spetsb. p. 9. 1865.

Corpus altum. Epimera non tam magna quam apud species præcedentes. Caput rostro frontali perbrevis sed perlato instructum. Angulus capitis lateralis rotundatus. Dorsum carinatum; carina postice magnitudine crescenti, in margine posteriore segmentorum trunci trium posteriorum et postabdominis duorum anteriorum in dentes validos producta. Segmentum postabdominis 3tium gibbere alto, acuto instructum. Epimerum 1mum in apice paululum acuminatum, triangulare. Epimera tria anteriora in margine posteriore serrata. Segmenta postabdominis tria anteriora in angulo posteriore inferiore acuminata. Antennæ superiores inferioribus duplo longiores et longitudinem corporis superantes; articulo pedunculi 1mo ter fere longiore quam crasso. Pedes

1mi et 2di paris graciles, longitudine fere æqvales; manu oblonga, ovali, parum modo longiore qvam carpo. Appendix caudalis in apice rotundata. Grœnlandia, Spitsbergia, Islandia, ad oras occidentales Norvagiæ usqve ad Bohusiam.

Coast of Mann, etc.

P. bicuspis. Krøyer 1838.

Amphithoë bicuspis. Krøyer, Grønlands Amphipoder. Danske Vid.-Selsk. Afhandl. VII. p. 273. tab. 2. fig. 10. 1838.

Paramphithoë bicuspis. Brunz., Amphip. Gammar. K. Vet. Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 70. 1859.

Amphitopsis bicuspis. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 662.

Pherusa cirrus. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 143. Pl. XXVII. fig. 6. 1862.

Pherusa bicuspis. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 144. Pl. XXVII. f. 7. 1862.

Caput rostro frontali perparvo instructum. Corpus elongatum; epimeris multo minoribus qvam apud species antecedentes; dorso rotundato. Segmentum postabdominis 1mum et 2dum in medio margine posteriore spinis singulis armata. Angulus inferior posticus segmenti postabdominis 3tii sursum subcurvatus et acutus. Antennæ elongatæ. Pedes 1mi et 2di paris manu magna et ovata, in acie spinis tenuibus armata. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore plus qvam duplo longiore qvam pedunculo. Appendix caudalis elongata, ovata. Grœnlandia, Spitsbergia, Islandia, ad oras occidentales Norvagiæ usqve ad Bohusiam.

Subfamilia XI. Iphimedinae.

Labium superius elongatum, in apice valde insinuatum.

Mandibulæ elongatæ, sæpe validæ, in apice productæ, parum aut non dentatæ; ramo accessorio item producto angustoqve; tuberculo molari parvulo, sæpe obsoleto; palpo elongato, robusto, 3articulato.

Labium inferius lamina interna parva, prope apicem sita.

Maxillæ 1mi paris plus minusve elongatæ; palpo nunc longo, 2articulato, nunc fere obsoleto, uniarticulato.

Pedes maxillares laminis interioribus elongatis, angustis, setis modo instructis; laminis exterioribus sat magnis aut magnitudinis mediocris et parum setosis; palpo parum elongato; articulo palpi ultimo non ungviformi; articulis duobus ultimis palpi interdum absentibus.

Corpus aut compressum, crassum et epimeris magnis instructum, aut non depressum et epimeris minoribus instructum.

Antennæ superiores flagello accessorio destitutæ.

Pedes 1mi et 2di paris nunc graciles et non subcheliformes, nunc robusti et subcheliformes.

Pedes 3tii et 4ti paris validi.

Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim crescentes.

Pedes saltatorii biramei.

Appendix caudalis parva, interdum in apice incisa.

Acanthonotozoma Boeck 1876
Gen. I. *Vertumnus*. White 1847.
in Coleoph. 1857

Acanthonotus Owen. App. to the Second Voyage of Ross, p. 90. 1833.

Vertumnus (White 1847). Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit.

Mus. p. 126. 1862. (*prev. in Vermees, Ag. Nom.*)

Labium superius prælongatum.

Maxillæ 1mi palpo 2articulato; articulo 1mo longo; lamina anteriore permagna, triangulari, multis setis plumosis instructa.

Pedes maxillares palpo robusto; articulo palpi ultimo parvo.

Pedes 1mi et 2di paris graciles, manu subcheliformi destituti; articulo 1mi paris 5to prælongato, gracili; ungue in margine postico perserrato.

Corpus compressum; epimeris magnis, rigidis.

Acanthonotozoma cristatum Boeck
V. cristatus. Owen 1834.

Acanthonotus cristatus. Owen, Append. to the Second Voyage of Ross. p. 90. Tab. B. fig. 8—12. 1833.

Amphithoë cristata. Sars, Oversigt over norsk-arct. Krebsd. Forhandl. i Vidensk.-Selsk. i Christiania 1858. p. 131.

Vertumnus cristatus. Goës, Crust. Amphip. p. 6. 1865.

Bate 1877, pl. xxvi, fig. 4. after Owen, 7*

Rostrum frontale valde prominens, acutum. Dorsum trunci et segmenta quinque anteriora postabdominis carinata; carina in segmentis trunci 4to — 7mo et in segmentis postabdominis quatuor anterioribus dentem magnum, retroversum formanti. Anguli inferiores postici segmentorum postabdominis trium anteriorum producti et acuti, maxime angulus segmenti 3tii. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo latissimo, rectangulari, postice serrato, in angulo inferiore postico producto et acuto. Grœnlandia, Spitsbergia, Finmarkia.

Acanthonotozoma serratum Boeck
V. *serratus*. Fabricius 1780.

Oniscus serratus. Fabricius, Fauna Grœnl. 1780. p. 262.

Amphithoë serra. Krøyer, Grønlands Amphipoder. p. 266. tab. 2, fig. 8. 1838.

Acanthonotus serra. Milne Edwardsi, Hist. des Crust. III. p. 25. 1840.

Vertumnus serratus. Goës, Crust. Amphip. maris. Spetsb. p. 6. 1865.

Rostrum frontale valde prominens. Carina dorsi in segmentis trunci tribus ultimis et in segmentis postabdominis duobus anterioribus dentes minores, retroversos formans. Segmentum postabdominis 1mum et 2dum in margine posteriore denticulis armata. Segmentum postabdominis 3tium in margine postico in sinus profundos duos incisum, inter quos processus in apice dentibus duobus instructus. Sinus inferior infra a processu robusto, in margine utroque serrato, terminatus. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo lato, rectangulari, angulo inferiore postico producto et acuto, in margine inferiore et posteriore serrato. Grœnlandia, Islandia, ad oras occidentales Norvagiæ usque ad Bohusiam.

Acanthonotozoma inflatum Boeck
V. *inflatus*. Krøyer 1842.

Acanthonotus inflatus. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 B. IV. p. 161. 1842.

Vertumnus inflatus. Goës, Crust. Amphip. maris. Spetsb. p. 7. fig. 11. 1865. (p. 523)

Dorsum carinatum. Carina ex medio segmento trunci 6to oriunda, in segmentis postabdominis tribus anterioribus altissima, in margine postico dentes non formans. Segmenta postabdo-

minis duo anteriora in extremo margine postico serrata. Segmentum postabdominis 3tium in margine postico parum insinuatum; in margine posteriore et inferiore serratum. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo lato, rotundato, postice serrato. Appendix caudalis parum magis elongata quam apud species præcedentes. Grœnlandia, Spitsbergia.

Gen. II. Iphimedia. Rathke 1843.

Iphimedia. Rathke, Acta Acad. Leopold. T. XX. p. 85. 1843.

Microcheles. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2 R. II. p. 66. 1846.

Labium superius haud valde elongatum, latum, in apice insinuatum.

Mandibulæ paulo breviores et latiores quam apud genus Vertumnus.

Maxillæ 1mi paris palpo 2articulato; articulo 1mo brevi; lamina interiore minore quam apud genus præcedens.

Pedes maxillares articulo palpi ultimo absentibus.

Pedes 1mi et 2di paris graciles, sed manu perangusta, cheliformi instructi.

Corpus crassum, altamen altum; epimeris magnis, rigidis.

I. obesa. Rathke 1843.

Iphimedia obesa. Rathke, Acta Acad. Leopold. T. XX. p. 85, T. 1. f. 1. 1843.

Microcheles armata. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2 R. II. p. 66. 1846.

Rostrum frontale elongatum, depressum, acutum. Oculi magni, fere reniformes. Margo posterior segmenti 7mi trunci et trium anteriorum postabdominis postice in medio dentibus binis armatus. Angulus inferior posticus segmenti postabdominis 3tii dentibus duobus armatus; dente inferiore in margine inferiore serrato. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo in extremo margine inferiore in spinam producto; articulis duobus sequentibus perbrevibus, non dentibus armatis. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 1mo fere rectangulari, sed in margine anteriore et posteriore curvato; angulo inferiore postico rotundato. Pedes 7mi paris arti-

culo 1mo in angulo inferiore posteriore in dentem producto. Ad oras occidentales Norvagiæ usque ad Bohusiam.

Gen. III. Odius. Lilljeborg 1865.

Otus. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 125. 1862.

Odius. Lilljeborg, On the Lysianassa Magellanica etc. p. 19. 1865.

Labium superius et mandibulæ sat elongatæ.

Maxillæ 1mi paris palpo uniarticulato, gracili; lamina interiore minima, angusta, in apice parum setosa.

Pedes maxillares palpis gracilibus; articulo ultimo perparvo.

Corpus peraltum, compressum et carinatum.

Pedes 1mi paris manu robustissima, subcheliformi.

Pedes 2di paris prælongati; manu parva, angusta et cheliformi.

O. carinatus. Spence Bate 1862.

Otus carinatus. Spence Bate. Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 126. Pl. XXIII. fig. 2. 1862.

Dorsum valde carinatum. Carina edentata. Segmentum post-abdominis 3tium in medio gibbere obtuso instructum; in margine laterali posteriore dente, sursum producto et acuto, armatum. Pedes 1mi paris manu magna, apicem versus latiore, in acie truncata et serrata. Pedes 2di paris manu angusta, multo brevior quam carpo. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo in margine posteriore obtuso, angulato, in angulo inferiore postico paulum producto et rotundato; articulo 3tio in angulo inferiore postico valde producto et acuto. Appendix caudalis in margine posteriore acuta. Haugesund, Christianiafjord.

Gen. IV. Laphystius. Krøyer 1842.

Laphystius. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV. p. 156. 1842.

Darwinia. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Maxillæ 1mi paris palpo nodiformi; lamina interiore parva.

Pedes maxillares palpo 2articulato.

Corpus subdepressum, latum.

Antennæ superiores inferioribus longiores.

Pedes 1mi paris graciles, manu subcheliformi destituti.

Pedes 2di paris manu parva; ungue lato, laminiiformi.

Pedes 3tii et 4ti paris robustissimi; articulo 2do, 3tio et 4to brevissimis; ungue pervalido, curvo.

L. Sturionis. Krøyer 1842.

Laphystius Sturionis. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. B. IV. p. 157. 1842.

Darwinia compressa. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Caput in rostrum frontale latum, in apice rotundatum, productum. Oculi parvi, rotundi, in lobulis latis et rotundatis siti. Antennæ superiores breves et crassæ, vix ad segmentum trunci 4tum porrectæ, attamen inferioribus longiores et crassiores. Pedes 1mi paris pedibus 2di paris minores; articulo 5to angusto et longiore quam carpo. Pedes 2di paris manu non duplo longiore quam lata, paulum curvata, in angulo inferiore postico parum producta; ungue lato, in margine anteriore parum setoso. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 5to longitudinem articulorum trium præcedentium junctorum æqvanti; ungue percurvato. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo lato, postice rotundato. Appendix caudalis parva, ovata. Haugesund, Farsund, Christianiafjord.

Subfamilia XII. Epimerinæ.

Labium superius perlatum, in apice parum insinuatum.

Mandibulæ validissimæ, in apice latæ et dentatæ; processu accessorio robusto et dentato; serie setarum ex setis multis, latis, lanceolatis et in margine convexo serratis, constanti.

Maxillæ 1mi paris validæ; palpo 2articulato; articulo palpi ultimo in apice dentibus paucis armato; lamina interiore in margine interiore-setis multis instructa.

Maxillæ 2di paris latæ.

Pedes maxillares laminis exterioribus latis et dentatis; palpo elongato, robusto; articulo palpi ultimo ungviformi.

Corpus crassissimum, robustum, carinatum et spinis armatum. Epimera magna, rigida. Oculi prominentes.

Antennæ flagella longa gerentes; superiores flagello accessorio destitutæ.

Pedes 1mi et 2di paris graciles; pedes cæteri validi.

Pedes saltatorii biramei; pedes 2di paris breviores quam 1mi paris, ramo interiore paulo longiore quam exteriori; pedes 3tii paris ramis invicem eadem longitudine.

Appendix caudalis rigida, magnitudinis mediocris, in apice parum incisa.

Gen. I. Acanthozone. n. g.

Acanthosoma^x. Owen, App. to Ross, Second Voy. p. 461. 1833.

Segmenta trunci et postabdominis seriebus pluribus dentium armata.

Epimera quatuor anteriora non permagna sed rigida, in apice acuminata.

Pedès trium parium ultimorum articulo 1mo valde dilatato et spinis armato.

Pedes saltatorii ultimi paris ramis lanceolatis.

A. cuspidata. Lepechin 1778.

Oniscus cuspidatus Lepechin. Acta Petropolit. 247. Tab. VIII. f. 3. 1778.

Acanthosoma hystrix. Owen, Append. to Ross, Second Voyage. p. 91. Tab. B. f. 4. 1833.

Amphithoë hystrix. Krøyer, Grønlands Amphipoder. K. Dansk Vidensk.-Selsk. Afl. VII. p. 259. Tab. 2. fig. 7. 1838.

Paramphithoë hystrix. Bruz., Amphip. Gammar. K. Vet. Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 71. 1859.

Frons rostro parvo et acuto instructa. Oculi rotundi. Segmenta trunci quinque aculeis armata; segmentum 1mum insuper in margine anteriore aculeis tribus, medio maximo et antice curvato, instructum. Segmentum postabdominis 1mum et 2dum aculeis novem, 3tium quinque, 4tum et 7mum binis armata. Antennæ superiores duas tertias longitudinis inferiorum æquant; articulo pedunculi 1mo ex extremo margine superiore aculeum, fere longitudinem articuli 2di æquantem, emittenti. Pedes trium parium

posteriorum articulo 1mo postice insinuato, serrato, in angulo superiore et inferiore acuminato. Appendix caudalis parva, postice insinuata. Grœnlandia, Spitsbergia, Finmarkia.

Gen. II. Epimeria. Costa 1851.

Epimeria Costa. Cat. de' Crost. Ital. del Rev. Fr. Hope. p. 46. 1851.

Segmenta trunci carinata.

Epimera quatuor anteriora longissima, angusta, apicem versus acuminata, rigida; epimerum 4tum et 5tum prominentia.

Rostrum frontale permagnum et inter antennas curvatum.

Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo parum modo dilatato, maxime 5ti et 6ti paris.

Pedes saltatorii ultimi paris ramis perangustis.

E. cornigera. Fabr. 1779.

Gammarus corniger. Fabr., Reise nach Norwegen. S. 83. 1779.

Epimeria tricristata. A. Costa, Cat. de' Crost. Ital. del Rev. Hope. p. 46. 1851.

Amphithoë parasitica. Sars, Overs. over norsk-artiske Krebsdyr.

Forhandl. i Vidensk.-Selsk. i Christiania 1858. p. 131.

Rostrum frontale longum, curvatum. Dorsum latum, carinatum; carina in segmento trunci 5to oriunda et in segmentis trunci sequentibus et postabdominis quatuor anterioribus in dentes retroversos desinenti. Segmenta postabdominis duo posteriora edentata. Segmenta postabdominis duo anteriora in utroque latere carinæ carina accessoria, postice in dentes desinenti, instructa et in medio margine posteriore et in angulo inferiore laterali acuminata. Epimerum 4tum et 5tum permagna, exstantia; 4tum in angulo inferiore antico in spinam validam, conicam, acuminatam et parum curvatam productum; epimerum 5tum in angulo inferiore postico valde productum et acuminatum. Pedes 5ti paris articulo 1mo parum modo dilatato, fere lineari. Pedes 6ti paris articulo 1mo plus quam duplo longiore quam lato. Pedes 7mi paris articulo 1mo magis dilatato quam 6ti paris et in angulo inferiore postico paulo producto. Appendix caudalis in apice pau-

lulum incisa. Bergensfjord, Hardangerfjord, Farsund, Christianiafjord.

Subfamilia XIII. Dexamininæ.

Māndibulæ pervalidæ, in apice dilatatæ et dentatæ; ramo inferiore accessorio item dentato; tuberculo molari valde prominenti et lato; serie spinarum ex spinis paucis, sed latis, in margine convexo serratis, composita; palpo absentī.

Labium inferius latum; lamina interiore minima.

Maxillæ 1mi paris palpo 1articulato, in apice maxillæ sinistrae dentibus, in apice dextræ spinis armato; lamina interiore parvula.

Maxillæ 2di paris angustæ.

Pedes maxillares lamina exteriorē magna, spinis angustis armata; lamina interiore non permagna, in apice setis instructa; palpo angustissimo, tenui, articulo ultimo ungviformi destituto. Corpus compressum. Dorsum latum. Segmentum postabdominis 5tum et 6tum coalita. Segmenta postabdominis anteriora carinata; carina dentes retroversos formanti. Epimera vel magna vel parva.

Antennæ elongatæ; superiores flagello appendiculari carentes.

Pedes 1mi et 2di paris ferme eadem forma.

Pedes 3tii — 7mi paris omnes plus minusve subcheliformes.

Pedes saltatorii biramei; 2di paris brevissimi, et ramo ejusdem exteriorē breviorē quam interiorē; 3tii paris ramis lamiiformibus.

Appendix caudalis longa et fissa.

Gen. I. Dexamine. Leach 1814.

Dexamine. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 433. 1813—1814.

Pedes maxillares lamina exteriorē in margine interiorē spinis armata; lamina interiore in apice paucas setas tenues gerenti.

Epimera magna, in margine inferiorē rotundata; qvatuor anteriora epimero 5to multo altiora.

Pedes quinque ultimorum parium articulo 4to et 5to elongatis; ungvibus longis, subcurvatis.

D. spinosa. Montague (1807) 1815.

Cancer Gammarus spinosus Montague. Linn., Trans. XI. p. 3. T. 2. fig. 1. 1815.

Dexamine spinosa. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 433. 1813–1814.

Amplithoë marionis. Milne Edwards, Ann. des Sc. Nat. XX. p. 375. 1830.

Dexamine tenuicornis. Rathke, Acta Acad. Leopoldin. T. XX. p. 77, Tab. 4, fig. 3. 1843.

Oculi magni, reniformes, nigri. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo in angulo inferiore in spinam obtusam producto. Pedes 1mi paris manu ovata, in margine posteriore spinis duabus gracilibus, validissimis, armata. Pedes 2di paris manu parum brevior quam carpo, elongata, ovata. Pedes 7mi paris articulo 1mo dilatato; articulo 3tio longitudine 4tum superanti. Segmenta postabdominis quatuor anteriora carinata; carinis dentes formantibus. Finmarkia et ad oras Scandiæ usque ad Kullen.

D. Thea. A. Boeck 1860.

Dexamine Thea. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 658.

Oculi parvi, ovales, nigri. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo non armato; articulo 2do fere duplo longiore quam 1mo. Pedes 1mi paris manu apicem versus latiore, in acie oblique truncata. Pedes 2di paris manu longiore quam carpo. Pedes 7mi paris articulo 1mo non dilatato sed angusto; articulo 3tio, 4to et 5to longitudine fere æqualibus. Corpus ferme ut apud speciem præcedentem, sed altius. Christianiafjord, Farsund.

D. Heibergi. n. s.

Oculi parvi, ovales, nigri. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo non spinoso; articulo 1mo et 2do longitudine fere æqualibus. Antennæ multo breviores quam apud species præcedentes. Pedes 7mi paris articulo 1mo non dilatato. Corpus ferme ut apud speciem præcedentem sed multo humilior. Haugesund.

Gen. II. Lampra. n. g.

Pedes maxillares laminis exterioribus angustioribus, valde curvatis et modo in summo dimidio spinis paucis sed validis armatis; laminis interioribus latioribus et longioribus quam apud genus *Dexamine*, spinis multis curvatis et gracilibus armatis.

Epimera minima; epimera quatuor anteriora 5to non altiora, in margine inferiore armata.

Pedes quinque parium ultimorum articulo 4to et 5to perbrevis; ungue parvo.

L. gibbosa. Spence Bate 1862.

Atylus gibbosus. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 137. Pl. XXVI. f. 3. 1862.

Oculi ovales. Epimerum 3tium et 4tum in angulo inferiore antico in dentem acutum producta; 4tum etiam in angulo inferiore postico productum. Segmenta postabdominis tria anteriora in angulo inferiore posteriore acuta; 2dum et 3tium in margine posteriore crenulata; segmentum 3tium in medio margine posteriore dente retroverso, triangulari instructum; segmentum 4tum carinatum. Pedes 1mi paris manu longiore quam carpo, ovata. Pedes 2di paris pedibus 1mi paris longiores; manu paulo brevior quam carpo. Pedes quinque parium ultimorum articulo 3tio multo longiore quam articulis duobus sequentibus junctis; articulis valde spinosis. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo postice parum modo dilatato. Haugesund.

Subfamilia XIV. *Atylinæ*. Lilljeborg 1866.

Labium superius latum, in apice rotundatum.

Mandibulæ validæ, in apice dentatæ; ramo accessorio item dentato; serie spinarum ex paucis spinis, in margine convexo serratis, constanti; tuberculo molari prominenti et serie dentium inferiore in setam longam et plumosam desinenti; palpo plus minusve robusto, 3articulato.

Labium inferius latum.

Maxillæ 1mi paris dentibus firmis, pectiniformibus armatæ; palpo 2articulato, in apice maxillæ sinistrae dentibus, in apice maxillæ dextræ spinis armato; lamina interiore mediocri aut parva, setas plumosas multas vel paucas gerenti.

Maxillæ 2di paris lamina exteriori paulum ultra interiorem porrecta.

Pedes maxillares lamina exteriori magnitudinis mediocris, raro permagna, in margine dentibus vel spinis armata; palpo plus minusve elongato; articulo ultimo in apice spinoso, perangusto et parum ungviformi.

Antennæ longæ; etiam inferiores flagellum elongatum, multiarticulatum gerentes.

Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim crescentes; articulo 1mo postice dilatato.

Pedes saltatorii biramei.

Appendix caudalis major vel minor, integra vel fissa.

Gen. I. Atylus. Leach 1817.

Atylus. Leach, Zoological Miscellany. II. p. 69. 1817.

Epidesura. A. Boeck, Forhandl. ved det Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 659.

Mandibulæ palpo infirmo et gracili; articulo palpi 2do longitudinem 3tii superanti.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore longitudinis mediocris, setis 7—8 plumosis instructa.

Maxillæ 2di paris elongatæ, angustæ.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore parvulo; ramo exteriori prælongato, 2articulato.

Appendix caudalis profunde fissa.

N. elongatus. Bruzelius 1859.

Eriopis elongata. Bruzelius, Skand. Amphip. Gammar. p. 65. fig. 12. 1859.

Antennæ superiores longitudinem animalis æqvantes; articulo pedunculi 1mo paulo brevior et crassior quam 2do; flagello accessorio minimo, 2articulato. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to invicem eadem longitudine. Caput rostro frontali destitutum, sed in angulo inferiore anteriore profunde incisum. Epimera multo latiora quam alta. Pedes 1mi paris carpo longior et angustior quam manu; hac apicem versus latior et in acie oblique truncata. Pedes 2di paris manu elongata, ovata, in acie spinis et setis nonnullis instructa. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo et longitudine et latitudine paulatim crescenti. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore sat parvo, ovali; ramo exteriori longitudinem segmentorum postabdominis omnium junctorum fere æqvanti; segmento ultimo paulo brevior quam segmento 1mo. Appendix caudalis multo longior quam lata, fere usque ad basin fissa; laciniis in apice setis nonnullis instructis. Bergensfjord, Christianiafjord, Bohusia.

Gen. IX. Amathilla. Spence Bate & Westwood 1863.

Amathia. Rathke, Zur Fauna der Krym. Memoires pres á l'acad. imp. d. sciens. de St. Petersbourg par divers savantes. p. 291. 1837.

Amathilla. Spence Bate and Westwood, Brit. sessile-eyed. Crust. p. 359.

Mandibulæ palpo brevi, robusto; articulo palpi 3tio curvato, eadem longitudine ac 2do.

Maxillæ 1mi paris palpo in apice spinis longis armato; lamina interna elongata, ovata, in margine interiore setis plumosis instructa.

Pedes maxillares brevissimi et crassi; lamina exteriori per brevi et lata, spinis gracilibus armata.

Corpus crassum; dorso lato, sæpe carinato; carina segmentorum posteriorum in spinas retroversas exeunti; epimeris parvis.

Antennæ invicem eadem longitudine; superiores pedunculo brevi, crasso.

Pedes 1mi et 2di paris invicem ferme eadem forma, non pervalidi.

Pedes reliqui breves latique.

Pedes saltatorii ultimi paris neque prælongati neque ultra extremos pedes saltatorios 1mi et 2di paris porrecti; ramis laminiformibus, in margine spinis armatis.

Appendix caudalis non fissa, in margine posteriore insinuata.

A. Sabini. Leach 1819.

Gammarus Sabini. Leach, A Voyage of Discovery etc. by John Ross, Append. 1819. p. 178.

Amathia Sabini. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 197. pl. XXXV. fig. 9.

Oculi magni, fere reniformes. Dorsum carinatum. Segmenta trunci tria posteriora et segmentum postabdominis 1mum et 2dum carina postice dentes magnos formanti. Segmentum postabdominis 4tum carina e transverso valde depressa. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore perrotundato. Antennæ invicem fere eadem longitudine; superiores articulo pedunculi 1mo et 2do longitudine æqualibus, 1mo vero crassiore; flagello accessorio ex articulis 7 composito. Pedes 1mi paris manu ferme eadem magnitudine ac eadem 2di paris; manu utriusque paris ovata. Appendix caudalis in margine posteriore subtruncata, parum fissa. Grœnlandia, Spitsbergia, ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

A. angulosa. Rathke 1843.

Gammarus angulosus. H. Rathke, Acta Acad. Leopold. T. XX. p. 72. tab. III. fig. 3.

Oculi magni, fere ovales. Segmenta trunci anteriora angulata, posteriora carinata; carina edentata, humili. Antennæ superiores inferioribus paulo breviores; articulo pedunculi 1mo longiore et crassiore quam 2do; articulis flagelli apicem versus latioribus;

flagello accessorio 5articulato. Appendix caudalis in margine posteriore sinuata et spinis duabus armata. Cæteroquin ferme ut apud speciem Sabini. Ad oras Norvegiæ usque ad Bohusiam.

A. pingvis. Krøyer 1838.

Gammarus pingvis. Krøyer, Grønl. Amph. i Danske Vidensk.-Selsk. Afhandl. 1838. p. 252. pl. 1. fig. 5.

Oculi reniformes. Dorsum non carinatum. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore acuto et sursum producto. Antennæ superiores inferioribus octava parte breviores; articulo pedunculi 1mo longiore et crassiore quam 2do. Pedes 1mi et 2di paris invicem ferme eadem forma et magnitudine, elongati et angusti; manu brevior quam carpo, ter — quater longior quam lata, in acie oblique truncata. Appendix caudalis duplo longior quam ad basin lata, parva, in apice 3lobata et inter lobas spinula instructa. Grœnlandia, Spitsbergia.

Gen. X. Melphidippa. n. g.

Mandibulæ palpo brevi atque perangusto; articulo palpi 3tio brevior quam 2do.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore sat lata, non vero longa, in margine interiore setis compluribus plumosis instructa.

Pedes maxillares palpis angustis, elongatis; lamina exteriori brevi, lata, in margine interiore dentibus paucis, parvis armata.

Corpus elongatum, maxime postabdomen. Segmenta postabdominis in margine posteriore dentibus majoribus aut minoribus armata. Epimera sat parvula.

Antennæ elongatæ, graciles; superiores et inferiores longitudine fere æquales.

Pedes angusti, elongati; pedes 1mi et 2di paris manu subcheliformi, parva; pedes trium parium ultimorum articulo 1mo parum modo dilatato.

Pedes saltatorii ultimi paris ultra finem eorundem 1mi et 2di paris longe producti.

Appendix caudalis elongata, plus minusve fissa.

M. spinosa. Goës 1865.

Gammarus spinosus. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. p. 14. fig. 30.

Oculi rotundati, rubri. Segmenta postabdominis quinque anteriora carinata et in medio dentibus singulis vel ternis armata; segmenta tria anteriora etiam in margine posteriore serrata. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo parum longiore quam 2do; flagello accessorio brevissimo, 2—3articulato. Pedes 2di paris articulo 3tio in angulo inferiore posteriore in spinam producto; manu elongata, ovali. Pedes trium parium ultimorum angulo inferiore posteriore articuli 1mi producto. Appendix caudalis in exteriori tertia parte fissa; laciniis in apice bidentatis. Spitsbergia, Hardangerfjord.

M. longipes. n. s.

Segmentum trunci ultimum et segmenta postabdominis quinque anteriora postice in medio in spinam producta; segmenta postabdominis quatuor anteriora in margine posteriore serrata; flagello accessorio brevissimo, fere obsoleto. Pedes 2di paris articulo 3tio in angulo inferiore posteriore non producto; manu longissima et angusta. Pedes trium parium ultimorum angulo inferiore posteriore articuli 1mi non producto. Appendix caudalis ultra medium fissa; laciniis in apice rotundatis. Christianiafjord, Haugesund, Hardangerfjord.

M. borealis n. s.

Segmentum postabdominis 3tium et 4tum in medio dentibus ternis armata; segmenta duo anteriora in margine posteriore parum serrata. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do longiore quam 1mo; flagello accessorio elongato, 3articulato. Pedes 2di paris articulo 3tio in spinam non producto; manu elongata, ovali, fere eadem longitudine ac carpo. Pedes trium parium ultimorum angulo inferiore posteriore articuli 1mi non producto. Appendix caudalis prælongatâ, usque ad basin fissa. Nordlandia, Hardangerfjord, Christianiafjord.



Subfamilia XVI. Ampeliscinæ. Spence Bate 1857.

Ampeliscades. Spence Bate. 1857.

Tetromatides. Spence Bate. 1855.

Labium superius latum, in apice parum arcuatum.

Mandibulæ utrobique similes, in apice latæ, dentatæ; processu accessorio item perdentato; tuberculo molari valde prominenti; serie spinarum ex spinis multis, longis, validis et in apice plus minusve furcatis et partim serratis composita; palpo plus minusve prælongato, 3articulato.

Labium inferius perlatum; lamina interiore lata.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore longa, non vero lata, in apice setis plumosis paucis instructa; palpo 2articulato, in apice spinis et dentibus paucis, validis armato.

Maxillæ 2di paris lamina exteriori longiore et partim latiore quam interiore.

Pedes maxillares robusti; lamina interiore elongata; exteriori magna, in margine interiore dentibus latis, in apice spinis curvatis armata.

Corpus elongatum, altum, compressum; epimeris sat magnis aut magnitudinis mediocris, in margine inferiore setis instructis; capite in apice producto; oculis duobus(?) aut quatuor, simplicibus.

Segmenta postabdominis duo posteriora coalita.

Antennæ superiores flagello longo præditæ, flagello accessorio destitutæ, ad apicem capitis affixæ.

Antennæ inferiores item flagello longissimo instructæ, sub capite affixæ.

Pedes 1mi et 2di paris graciles, manibus parvis, subcheliformibus instructi.

Pedes 3tii et 4ti paris angusti; articulo 3tio lato.

Pedes 5ti et 6ti paris retroversi; ungvibus parvis.

Pedes 7mi paris iisdem 5ti et 6ti paris multo breviores; articulo 1mo infra et postice valde dilatato.

Pedes saltatorii biramei; ultimi paris ramis laminiformibus et setosis.

Appendix caudalis plus minusve profunde fissa.

Gen. I. Ampelisca. Krøyer 1842.

Ampelisca. Krøyer, Nat. Tidssk. 1 R. IV. p. 154. 1842.

Araneops. Costa, Rend. del. Accad. del. Sc. di Napoli. 1853.
p. 169.

Pseudophthalmus. Stimpson, Marrie Invert. of Grand Manan. p. 47.
1853.

Tetromatus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Mandibulæ articulo palpi 2do lato; articulo 3tio multo angustiore, sed ferme eadem longitudine ac 2do.

Pedes maxillares articulo palpi 3tio apicem versus valde dilatato.

Oculi quatuor, in margine capitis anteriore positi.

Antennæ inferiores articulo pedunculi 1mo et 2do non extus visibilibus.

Pedes 7mi paris articulo 1mo triangulari, postice et infra elongato; articulo 5to præelongato, ovali, longiore quam 4to; ungue lauceolato.

Pedes saltatorii ultimi paris ultra extremos pedes saltatorios 1mi et 2di paris porrecti; ramis elongatis, laminiiformibus, setis longis, plumosis instructis.

Appendix caudalis elongata, plus duplo longior quam lata, usque ad basin fissâ.

A. tenuicornis. Lilljeborg 1855.

Ampelisca tenuicornis. Lilljeborg, Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1855. p. 123.

Araneops diadema. A. Costa, Ricerche sui Crost. Amphip. del regno di Napoli. Memorie della Reale Accad. delle Scienze. Vol. 1. Napoli 1856. p. 178. tab. 1 fig. 1.

Caput productum, in apice oblique truncatum. Postabdomen carinatum; segmento 4to maxime carinato; segmento 3tio in angulo inferiore posteriore non acuto. Antennæ superiores fere longitudinem dimidiam inferiorum æquantes; articulo pedunculi 1mo paulo brevior quam 2do. Antennæ inferiores longitudinem animalis æquantes; articulo pedunculi 3tio circiter ad finem capitis porrecto;

articulo 4to et 5to longitudine fere æqualibus. Pedes 3tii et 4ti paris ungue longiore quam articulis duobus præcedentibus junctis. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to non longo, longitudine articulo 2do et 3tio junctis ferme æquali. Pedes 7mi paris articulo 1mo in margine inferiore rotundato et ad finem articuli 2di producto; articulo 5to ovali, longitudinem articuli 3tii et 4ti junctorum æquant. Pedes saltatorii ultimi paris ramis prælongatis. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Kullen.

A. assimilis. n. s.

Segmentum postabdominis 4tum carina alta, gibberiformi instructum. Pedes 3tii et 5ti paris ungue breviora quam articulo 4to et 5to junctis. Pedes 7mi paris articulo 1mo postice valde arcuato. Cæteroquin ferme ut apud speciem præcedentem. Hugesund.

A. typica. Spence Bate 1855.

Tetromatus typicus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.
Ameliscia carinata. Bruzelius, Amphip. Gammar. K. Vet.-Akad.

Handl. Ny Följ. III. p. 81. 1859. *pl. 4, fig. 16*

Caput parum productum, in apice recte truncatum. Dorsum antice rotundatum, postice carinatum; carina segmenti postabdominis 4ti altissima et in medio e transverso depressa. Segmentum postabdominis 3tium in angulo inferiore postico non sursum productum et acutum, in margine inferiore arcuatum. Antennæ superiores pedunculo inferiorum longiores et apud marem longissimæ. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio ultra finem capitis porrecto. Antennæ superiores pedunculo in margine inferiore et inferiores pedunculo in margine superiore scopis setarum multas, brevibus, rigidis instructis. Pedes 3tii et 4ti paris ungue longiore quam articulo 4to et 5to junctis. Pedes 5ti paris articulo 1mo in margine posteriore lobo lato instructo. Pedes 7mi paris articulo 1mo deorsum fere ad finem articuli 2di producto; articulo 5to ovali, duplo longiore quam lato. Appendix caudalis

brevis, ovata. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

A. æqvicornis. *Bruzelius 1859.*

Ampelisca æqvicornis. Bruz., Amphip. Gammar. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 82.

Caput parum productum. Dorsum non carinatum. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore postico recto. Antennæ superiores et inferiores longitudine fere æquales. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio ultra finem capitis porrecto; articulo 4to et 5to longitudine fere æqualibus. Pedes 3tii et 4ti paris ungue parum modo longiore quam articulo 4to et 5to junctis. Pedes 7mi paris articulo 1mo infra dilatato et ad extremum articulum 2dum, vix longiorem quam latum, producto; articulo 5to elongato, ovato, vix longitudinem articuli 3tii et 4ti junctorum æqvanti. Pedes saltatorii ultimi paris ramis parum modo setosis. Appendix caudalis duplo longior quam ad basin lata. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

A. spinipes. *A. Boeck 1860.*

Ampelisca spinipes. A. Boeck, Forhandl. ved det Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 653.

Postabdomen segmentis quatuor anterioribus carinatis; segmento 4to maxime; segmento 3tio in angulo inferiore posteriore non acuto. Antennæ superiores et inferiores longitudine fere æquales, prælongatæ. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio non ad finem capitis porrecto. Pedes 3tii et 4ti paris ungue longitudinem articuli 4ti et 5ti junctorum æqvanti. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to et 5to per totam longitudinem spinis multis et validis instructis. Pedes 7mi paris articulo 1mo in margine inferiore ad extremum articulum 2dum producto; articulo 2do multo longiore quam lato; articulo 5to longitudinem articuli 3tii et 4ti junctorum multo superanti. Pedes saltatorii ultimi paris ramis in margine valde setosis. Appendix caudalis ter longior quam ad basin lata. Ad oras occidentales Norvegiæ.

A. dubia. n. s.

Caput non multo productum, in apice truncatum. Dorsum non carinatum. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore producto et acuto. Antennæ superiores longitudinem pedunculi inferiorum æqvantes. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio ad finem capitis circiter porrecto; articulo 4to et 5to invicem ferme eadem longitudine. Pedes 3tii et 4ti paris ungue longiore quam articulo 4to et 5to junctis. Haugesund.

A. Eschrichti. Krøyer 1842.

Ampelisca Eschrichti. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV B. p. 155. 1842.

Ampelisca ingens. (Stimpson.) Spence Bate, Catal. of Amphip. Brit. Mus. p. 92. pl. XV. f. 2. 1862.

Caput productum, in apice truncatum. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore acuto et sursum producto; margine posteriore arcuato. Antennæ superiores inferioribus multo breviores sed pedunculo inferiorum longiores; articulo pedunculi 1mo dimidiam 2di longitudinem æqvanti. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio ad finem capitis porrecto; articulo pedunculi 4to multo longiore quam 5to. Pedes 1mi paris manu dimidiam carpi longitudinem æqvanti; carpo quater longiore quam lato. Pedes 2di paris carpo duplo longiore quam manu. Pedes 3tii et 4ti paris ungue multo longiore quam articulo 4to et 5to junctis. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 5to parum modo brevior quam 4to. Pedes 7mi paris articulo 1mo in margine posteriore non arcuato, in margine inferiore oblique truncato, in angulo rotundato et ad medium marginem posteriorem articuli 3tii porrecto; articulo 4to longiore quam 3tio, lato; articulo 5to perangusto, ter longiore quam lato. Pedes saltatorii ultimi paris sat elongati; ramo exteriori paulo longiore et latiore quam interiore et in margine interno setis plumosis instructo; ramo interiore in margine interno et externo similiter armato. Appendix caudalis angusta, ter longior quam lata. Grœnlandia, Spitsbergia, Islandia, Finmarkia.

A. macrocephala. Lilljeborg 1852.

Ampelisca macrocephala. Lilljb., Öfversigt af Kongl. Vetensk.-Akad. Förhandl. 1852. p. 7.

Araneops brevicornis. Costa, Su' crostacei Amphipodi del regno di Napoli. Mem. della reale Accad. delle Scienze. Vol. I. Napoli. 1856. p. 180. Tab. I. f. 2.

Caput in apice oblique truncatum. Segmenta postabdominis quatuor anteriora carina parvula instructa. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do non duplo longiore quam 1mo. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio non ad finem capitis porrecto. Pedes 1mi paris manu parum modo longiore quam carpo; hoc duplo longiore quam lato. Pedes 7mi paris articulo 1mo in margine inferiore perrotundato; articulo 4to fere tam longo quam lato; 5to ovali, duplo longiore quam lato. Appendix caudalis paulo brevior quam apud speciem præcedentem. Cæteroquin ferme ut apud speciem Eschrichti. Ad oras occidentales Norvegiæ et Bohusiæ. 24

A. propinqua. n. s.

Caput in apice oblique truncatum. Antennæ superiores pedunculo inferiorum parum longiores. Pedes 7mi paris articulo 1mo latiore quam apud speciem præcedentem, in margine posteriore valde rotundato, in margine inferiore ad extremum articulum 3tium fere producto; articulo 4to permagno, in margine anteriore longiore quam in posteriore, profunde inciso et spina valida armato; articulo 5to vix longiore quam 4to, perangusto. Appendix caudalis duplo longior quam ad basin lata. Cæteroquin ferme ut apud speciem præcedentem. Christianiafjord.

A. lævigata. Lilljeborg 1855.

Ampelisca lævigata. Lilljeborg, Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1855. p. 123. Bate 6

Tetromatus Bellianus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Caput prælongatum, in apice truncatum. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore acuto et sursum pro-

ducto; segmentum 4tum per totam dorsi longitudinem carinatum. Antennæ superiores pedunculo inferiorum apud feminam breviores, apud marem longiores. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio ad finem capitis circiter porrecto; articulo 4to multo longiore quam 5to. Pedes 3tii et 4ti paris ungue longiore quam articulo 4to et 5to junctis. Pedes 4ti et 5ti paris prælongati; articulo 4to longitudinem articulorum duorum præcedentium junctorum multo superanti et longiore quam articulo 5to. Pedes 7mi paris articulo 1mo in margine inferiore arcuato et ad medium articulum 3tium producto; articulo 3tio in angulo inferiore posteriore in processum magnum, latum, in apice rotundatum, setosum, eadem longitudine ac articulum 4tum triangularem, producto; articulo 5to longitudinem 3tii et 4ti junctorum æqvanti, elongato et ovato. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

Gen. II. Haploops. Lilljeborg 1855.

Haploops. Lilljeborg, Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1855. p. 134.

Oculi duo (quatuor?).

Mandibulæ articulo palpi 3tio longitudinem articuli 2di perangusti fere æqvanti.

Pedes maxillares articulo palpi 3tio apicem versus dilatato.

Antennæ inferiores articulo pedunculi 1mo et 2do extus non visibilibus.

Pedes 7mi paris articulo 1mo postice parum dilatato, fere rhomboidali; articulo 3tio et 4to elongatis, latis; 5to perangusto, lineari; ungue parvulo, tenui.

Appendix caudalis perbrevis, fere usque ad basin fissa.

H. tubicola. Lilljeborg 1855.

Ampelisca Eschrichti.[?] Lilljb., Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1852. p. 6.

Haploops tubicola. Lilljb., Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1855. p. 134.

♀ Dorsum non carinatum. Segmentum postabdominis 4tum in medio margine posteriore tuberculo parvulo instructum. Antennæ superiores et inferiores longitudine fere æquales. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to paulo brevioribus quam 5to. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to perangusto. Pedes 7mi paris articulo 1mo ferme duplo longioribus quam lato, in margine posteriore spinis multis, tenuibus instructo, in angulo inferiore posteriore producto et rotundato; articulo 3tio non duplo longioribus quam lato; articulo 4to multo brevioribus quam 3tio, ovali, in margine anteriore spinis validis armato, in margine inferiore pro articulo 5to perbrevis et tenui inciso. Pedes saltatorii ultimi paris ramis lanceolatis; ramo interiore parum longioribus quam exterioribus, in margine spinoso et setoso; ramo exterioribus solum setoso. Appendix caudalis ultra medium fissa. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam. *C.B. 1857. S. 57. Linn. sub.*

H. carinata. Lilljeborg 1855. — *off. Bohusiam*

Ampelisca Eschrichti[?] Mas. Lilljeborg, Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1852. p. 6.

Haploops carinata. Lilljeborg, Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1855. p. 136. *off. Bohusiam*

♂ Corpus angustius et longius quam apud speciem præcedentem. Segmentum postabdominis 4tum valde carinatum et in medio margine posteriore gibbere alto et setoso instructum; segmentum 5tum et 6tum parum carinata, utrobique tuberculis binis minoribus instructa. Antennæ superiores inferioribus breviores. Antennæ inferiores corpore longiores. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio magis dilatato quam apud speciem præcedentem. Pedes 7mi paris articulo 1mo in margine posteriore sinuato, in angulo inferiore posteriore producto et rotundato; articulo 3tio duplo longioribus quam lato, angusto; articulo 4to elongato, ovali, multo brevioribus quam 3tio. Pedes saltatorii ultimi paris ramis angustis, acuminatis, setis longis plumosis instructis. Appendix caudalis angustior quam apud speciem præcedentem, profunde fissa. Christianiafjord, Bohusia. *1857. 67*

H. setosa. n. s.

♀ Corpus perlongum et angustum. Dorsum rotundatum. Segmentum postabdominis 4tum in medio dorsi gibbere instructum. Dorsum inter segmenta tria posteriora et postabdominis tria anteriora scopis setarum instructum. Antennæ superiores et inferiores longitudine fere æquales. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to longiore quam 5to. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to postice valde dilatato, in angulo inferiore posteriore producto et spinis armato. Pedes 7mi paris articulo 1mo multo latiore quam apud species duas præcedentes, parum modo longiore quam lato; articulo 3tio ferme eadem longitudine ac latitudine; articulo 5to parum longiore, in margine utroque spinoso. Pedes saltatorii ultimi paris ramis setis plumosis instructis; ramo interiore insuper in margine interno dentibus duobus armato. Appendix caudalis parum longior quam ad basin lata, ultra medium fissa. Bergensfjord.

Gen. III. Byblis. n. g.

Oculi quatuor.

Mandibulæ articulo palpi 3tio multo brevior quam articulo 2do angusto.

Pedes maxillares articulo palpi 3tio vix dilatato.

Epimera minora quam apud genera præcedentia.

Antennæ inferiores articulo pedunculi 1mo et 2do extus visibilibus, in incisura capitis sitis.

Pedes 7mi paris articulo 1mo deorsum et postice per dilatato; articulo 3tio brevi; articulo 4to et 5to elongatis.

Pedes saltatorii ultimi paris per breves.

Appendix caudalis brevis, lata, parum fissa.

B. Gaimardi. Krøyer 1846?

Ampelisca Gaimardi. Krøyer, Voyages in Scandinavie etc. pl. 23. f. 1.

Dorsum rotundatum sed in posteriore parté segmenti postabdominis 5ti paulum carinatum. Segmentum postabdominis 3tium

in angulo inferiore posteriore valde rotundatum. Caput parum productum, in margine anteriore truncatum. Antennæ superiores pedunculo inferiorum parum longiores. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to multo longiore quam 5to. Pedes 1mi et 2di paris manu multo breviorè quam carpo. Pedes 3tii et 4ti paris ungue tam longo aut paulo breviorè quam articulo 5to. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 1mo altiore quam lato; articulo 4to fere duplo longiore quam 3tio. Pedes 7mi paris articulo 1mo ad medium marginem posteriorem articuli 4ti deorsum et postice producto; articulo 5to lanceolato, paulo breviorè quam 4to. Pedes saltatorii ultimi paris ramis invicem fere eadem longitudine, in margine interiore spinis armatis. Appendix caudalis parum longior quam lata, in margine posteriore truncata, parum fissa. Grœnlandia, Spitsbergia, Islandia, ad oras Norvegiæ usque ad Bohusiam. *C. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

Subfamilia XVI. ^I Leptocheirinae.

Labium superius latum, in apice rotundatum.

Mandibulæ validæ, in apice dentatæ; ramo accessorio item dentato; tuberculo molari magno, prominenti; palpo tenui, 3articulato; articulo palpi 1mo elongato.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore magnitudine mediocri.

Maxillæ 2di paris laminis latis; lamina exteriorè multo latiore et longiore quam interiorè.

Pedes maxillares lamina exteriorè spinis tenuibus, non dentibus, instructa.

Corpus plus minusve compressum; dorso rotundato.

Epimera magnitudine mediocri aut magna, in margine inferiore setis instructa; epimerum 5tum magnum sed non tam altum quam 4tum.

Antennæ superiores flagello elongato; flagello accessorio parvo.

Antennæ inferiores superioribus breviores; flagello non multiarticulato.

Pedes 1mi paris manu subcheliformi instructi.

Pedes 2di paris setis permultis et longis, in margine interiore maxime, instructi; manu parva, partim subcheliformi, partim vix subcheliformi.

Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim valde crescentes; pedes 5ti paris retroversi.

Pedes saltatorii biramei.

Appendix caudalis crassa.

Gen. I. Leptocheirus. Zaddach 1844.

Leptocheirus. Zaddach, Synops. Crust. Prussic. p. 8. 1844.

Ptilocheirus. Stimpson, Mar. Invert. of Grand. Manan. p. 55. 1854.

Corpus compressum sed tamen crassum; dorso rotundato; epimeris sat magnis; epimero 2do maximo, 4to angustiore quam 3tio.

Pedes 1mi paris manu parva, subcheliformi.

Pedes 2di paris sat elongati, graciles, in margine anteriore setis perlongis, plumosis instructi; articulo 4to sat elongato; articulo 5to parvo, manum subcheliformem non formanti.

Pedes 7mi paris iisdem 6ti paris multo longiores.

Pedes saltatorii ultimi paris ramis brevissimis.

L. pilosus. Zaddach 1844.

Leptocheirus pilosus. Zaddach, Synops. Crust. Prussic. p. 8. 1844.

Oculi parvi, ovales, nigri. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore perrotundato. Epimerum 1mum ab epimero 2do fere tectum. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo longitudinem capitis non æqvanti; articulo 2do fere eadem longitudine sed angustiore quam 1mo. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to longitudine fere æqualibus. Pedes 1mi paris manu longiore quam dimidio carpo, in acie oblique truncata, in margine anteriore et posteriore setis longis instructa; articulo 2do, 3tio et carpo in margine posteriore setis longis plumosis instructis. Pedes 2di paris articulo 1mo in margine anteriore arcuato; setis ejusdem longitudinem articularum sequentium junctorum circiter æqvantibus; manu ovata; carpo ter longiore quam lato. Pedes 5ti paris articulo 3tio brevior quam 4to. Christiania-fjord. Ad oras Bohusiæ.

Gen. II. Goësia. n. g.

Corpus subdepressum; epimeris non altis; epimero 2do minore quam apud genus *Leptocheirus*.

Antennæ superiores flagello accessorio fere obsoleto.

Pedes 2di paris iisdem 1mi paris validiores, sed non multo longiores, in margine anteriore setis longis plumosis instructi; manu magna, subcheliformi; carpo non prælongato.

Cæteroquin ferme ut apud genus *Leptocheirus*.

G. depressa. Goës 1865 †.

Autonoë depressa. Goës, Crust. Amphip. maris Spetsb. alluentis. p. 16⁽¹⁷³²⁾ t. 32. 1865.

Oculi parvi ovales, nigri. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore acuto. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do longiore quam articulo 1mo. Pedes 1mi paris in margine posteriore setis longis instructi; manu longitudinem carpi fere æqvanti, subcurvata, in acie truncata; ungue in margine posteriore pectinato, longiore quam acie parva manus. Pedes 2di paris iisdem 1mi paris non multo majores; manu et carpo longitudine ferme æqualibus; manu apicem versus angustiore, in extrema acie spina longa acuta armata; articulo 1mo et 5to in margine anteriore et partim posteriore setis multis, longis et plumosis instructis. Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim valde crescentes. Pedes saltatorii ultimi paris ramis parvis, ovalibus, longitudine invicem æqualibus. Appendix caudalis duplo latior quam longa, in apice parum sinuata. Spitsbergia.

Subfamilia XVII. Photinæ. (1732)

Labium superius latum, breve, in apice rotundatum.

Mandibulæ validæ, in apice dentatæ; ramo accessorio item dentato; tuberculo molari in margine inferiore serie dentium instructo et in fine seriei setam longam plumosam gerenti; serie spinarum ex spinis paucis (4), in margine convexo serratis, composita; palpo elongato, 3articulato; articulo palpi 3tio brevior quam 2do.

Labium inferius latum; lamina interna magna.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore parva; palpo in apice spinis paucis sed validis armato.

Maxillæ 2di paris latæ.

Pedes maxillares laminis validis; lamina interiore dentibus tribus armata; lamina exteriori in margine interiore dentibus paucis sed validis, apicem versus longioribus et angustioribus, in setas curvatas desinentibus, armata; palpo valido, longo; articulo palpi ultimo non unguiformi sed in apice spinis validis armato.

Corpus altum, compressum; dorso rotundato; capite producto; oculis parvis, ovalibus.

Antennæ superiores in apice capitis sitæ; flagello accessorio parvo præditæ aut eodem destitutæ.

Epimera quatuor anteriora magna, in margine inferiore plumosa; epimerum 5tum 4to majus, in margine posteriore pro pedibus 5ti paris retroversis incisum.

Pedes 1mi et 2di paris manu subcheliformi; pedes 2di paris iisdem 1mi paris robustiores.

Pedes 3tii et 4ti paris breves et validi.

Pedes 6ti paris iisdem 5ti paris longiores.

Pedes 7mi paris breviores quam 6ti paris; articulo 1mo per dilatato.

Pedes saltatorii 1mi et 2di paris biramei; ramis dentatis.

Pedes saltatorii ultimi paris 1 aut 2 ramosi; ramo interiore brevior quam exteriori.

Appendix caudalis brevis, crassa, interdum in apice incisa.

Gen. I. Photis. Krøyer 1842.

Photis. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV B. p. 155. 1842, 26 (1841)

Eiscladus. Spence Bate and Westwood, Brit. sessile-eyed. Crust. p. 411. 1863.

Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio elongato; flagello accessorio absenti.

Pedes 1mi paris carpo brevi.

Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo non crasso.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore minimo.
Appendix caudalis in apice rotundata.

P. Reinhardi. Krøyer 1842.

Photis Reinhardi. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV B. p. 155. 1842.
Amphithoë pygmæa. Lilljb., Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. För-
handl. 1852. p. 9.

Amphithoë Reinhardi. Goës, Crust. Amphip. p. 16. 1865.

Angulus capitis lateralis anticus parum productus, rotundatus. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio duplo longiore quam crasso. Pedes 1mi paris robusti; carpo ferme eadem longitudine ac latitudine, in margine interiore truncato et setoso; manu majore quam carpo, fere triangulari, postice valde rotundata. Pedes 2di paris carpo brevissimo; angulo carpi inferiore posteriore producto et in apice rotundato et setoso; manu fere quadrangulari, in acie apud marem profunde, apud feminam parum sinuata, in angulo inferiore maris acuta, feminæ rotundata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to duas tertias partes longitudinis articuli 5ti æqvanti. Pedes saltatorii 1mi et 2di paris ramis in margine superiore dentatis; pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori paulo brevior quam pedunculo, in apice setis nonnullis instructo. Grœnlandia, ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

P. Lütkeni. n. s.

Angulus capitis lateralis productus et rotundatus. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio ter longiore quam crasso. Pedes 1mi paris carpo angustior quam apud speciem Reinhardi; manu elongata, ovata. Pedes 2di paris carpo in angulo inferiore posteriore parum modo producto; manu minore, in margine inferiore neque profunde sinuata neque dentata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to parvo, ovali, vix longitudinem dimidiam articuli 5ti angusti et elongati æqvanti. Pedes saltatorii 1mi et 2di paris ramis non spinosis, in extremo margine superiore serratis. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori longiore quam pedunculo.

Gen. II. Microprotopus. Norman 1866.

Microprotopus. Norman, Report. British Association. 1866. p. 203.

Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio non prælongato; flagello accessorio parvo.

Pedes 1mi paris carpo elongato.

Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo non crassissimo.

Pedes saltatorii ultimi paris 1 ramosi.

Appendix caudalis in apice insinuata.

M. maculatus. Norman 1866.

Microprotopus maculatus. Norman, Report British Association 1866. p. 203.

Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo longitudinem articuli 2di ferme æqvanti; articulo 3tio apud marem longiore quam apud feminam. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to et 5to longitudine æqualibus. Pedes 1mi paris manu brevior quam carpo ovali. Pedes 2di paris carpo apud marem multo brevior quam apud feminam, in angulo inferiore posteriore producto et setis plumosis instructo; manu feminae quadrangulari, in acie oblique truncata et parum sinuata; manu maris permagna, oblonga, ovata, in inferiore tertia parte aciei dente magno, obtuso instructa. Pedes saltatorii ultimi paris ramo paulo longiore quam pedunculo, in margine interiore spinis tribus et in apice setis nonnullis instructo. Appendix caudalis paulo latior quam longa, in margine posteriore triangulariter sinuata. Farsund, Haugesund.

Gen. III. Xenoclea. n. g.

Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio elongato; flagello accessorio absenti.

Pedes 1mi paris carpo elongato.

Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo latissimo.

Pedes saltatorii ultimi paris biramei; ramis invicem longitudine fere æqualibus.

Appendix caudalis in apice sinuata.

X. Batei. n. s.

Segmentum postabdominis 3tium in parte inferiore marginis posterioris crenulatum. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo parum breviorē quam 2do, longitudinem articuli 3tii fere æqvanti. Pedes 1mi paris manu ovali, parum breviorē quam carpo. Pedes 2di paris carpo brevissimo; manu permagna, apicem versus latiorē, in acie oblique truncata; manu maris multo majore quam feminæ, in acie dentibus duobus, anteriore perlato et in apice sinuato, posteriore acuto, utroque crenulato, armata; manu feminæ in acie sinuata et dente obtuso instructa. Pedes saltatorii ultimi paris ramis in apice spinis nonnullis instructis. Christianiafjord, Haugesund.

IV

Subfamilia XVIII. Microdeutopinæ.

Labium superius latum, in apice rotundatum.

Mandibulæ pervalidæ, in apice dentatæ; ramo accessorio etiam dentato; tuberculo molari prominenti; serie spinarum ex spinis paucis sed validis, in margine convexo serratis, et ex setis paucis plumosis composita; palpo elongato, 3articulato; articulo 3tio in apice obtuso, rotundato.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore parva.

Maxillæ 2di paris laminis perlatis.

Pedes maxillares lamina exteriorē magna, in margine interiore dentibus paucis sed validis, apicem versus longioribus et curvatis, instructa; articulo palpi ultimo in apice spinis duabus validis et curvis armato.

Corpus parum modo compressum; epimeris parvis.

Antennæ elongatæ; flagello longo; flagello accessorio parvo aut raro absenti; flagello antennarum inferiorum non prælongato.

Pedes 1mi et 2di paris manu subcheliformi.

Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim valde crescentes.

Pedes saltatorii biramei.

Appendix caudalis crassa.

Gen. I. Microdeutopus. Costa 1853.

Microdeutopus. Costa, Rend. della Reale Accad. delle Sc. di Napoli. 1853. p. 171.

Gammaropsis. Lilljeborg, Öfvers. af K. Vet.-Akad. Förhandl. 1854. p. 455.

Lembos. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Autonoë. Bruzelius, Skand. Amphip. Gammar. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 23. 1853.

Antennæ superiores inferioribus longiores; articulo pedunculi 3tio brevi; *flagello accessorio parvo!*

Pedes 1mi paris iisdem 2di paris majores; carpo maris per dilatato, in angulo inferiore posteriore producto; articulo 5to vel manu angustiore quam carpo et una cum ungue pollicem 2articulatum formanti; articulo 5to feminæ maxime dilatato et manum formanti.

Pedes 3tii et 4ti paris ungue breviora quam articulo 5to.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore et exteriora longitudine fere æqualibus.

M. gryllotalpa. Costa 1853.

Microdeutopus gryllotalpa. Costa, Rend. della Reale Accad. delle Sc. di Napoli. 1853. p. 178.

Lembos Danmoniensis. Spence Bate,* Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Autonoë grandimana. Bruzelius, Skand. Amphip. Gammar. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 26. 1853. *pl. 1. fig. 5*

Microdeutopus grandimanus. Spence Bate, Catat. of Amphip. Brit. Mus. p. 378. 1862.

Epimerum 1mum epimeris cæteris paulo majus, in angulo inferiore anteriore acutum. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore rotundato. Pedes 1mi paris apud marem permagni; articulo 3tio angusto et parvo; carpo permagno, inflato, paulo longiore quam lato, in margine posteriore in processum magnum, compressum, postice dentibus validis 3-4 armatum, producto; articulo 5to compresso, in margine posteriore nodulis

*Bate's sp. different from Bruzelio's

duobus latis instructo; pedes 1mi paris apud feminam manu multo minore, rectangulari, in acie oblique truncata; carpo et manu longitudine fere æqualibus. Pedes 2di paris articulo 1mo maris valde dilatato, laminari; manu rectangulari; articulo 1mo feminae non dilatato. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori parum longiore quam interiore, eadem longitudine ac pedunculo. Haugesund, Farsund, Christianiafjord, Bohusia.

M. anomalus. Rathke 1843.

Gammarus anomalus. Rathke, Acta Acad. Leopold. T. XX. p. 63. tab. IV. fig. 7. 1843.

Lembos Cambriensis. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Microdeutopus anomalus. Spence Bate, Catal. of Amphip. Brit. Mus. p. 164. pl. XXX. f. 3. 1863.

Epimerum 1num angulo inferiore anteriore in aculeum producto. Segmenta postabdominis tria anteriora angulo inferiore posteriore rotundato. Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo spina una instructo. Pedes 1mi paris apud marem carpo dilatato, duplo longiore quam lato, in angulo inferiore posteriore in processum longum, dentiformem, extus dente accessorio armatum, producto; articulo 5to angusto, cylindrico; pedes 1mi paris apud feminam articulo 5to vel manu rectangulari, in acie oblique truncata. Pedes 2di paris articulo 1mo maris non dilatato; manu angustiore. Pedes saltatorii ultimi paris ramis longitudine invicem æqualibus et paulo longioribus quam pedunculo. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

Gen. II. Aora. Krøyer 1844.

Aora. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2. R. p. 335. 1844.

Lalaria. Nicolet, Gay's Historia de Chile. Vol. III. 1844.

Lonchomerus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Autonoë. Bruzelius, Skand. Amphip. Gammar. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. 23. 1853.

Pedes 1mi paris iisdem 2di paris majores; apud marem articulo 3tio postice in processum longum, styliformem producto;

carpo elongato, angusto; manu item elongata, ovali; apud feminam articulo 3tio in angulo inferiore posteriore non producto; carpo brevi; manu lata.

Cæteroquin ferme ut apud genus *Microdentopus*.

A. gracilis. Spence Bate 1855.

Lonchomerus gracilis. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Lalaria gracilis. Spence Bate, Ann. and Mag. of Nat. Hist. 2 ser.

XX. 1858. p. 525.

Autonoë punctata. Bruz., Skand. Amphip. Gam. K. Vet.-Akad.

Handl. Ny Följd. III. 1859. p. 24.

Aora gracilis. Spence Bate, Cat. Amphip. Brit. Mus. p. 166.0

× pl. XXI^v. f. 7. 1862.

Pedes 1mi paris apud marem articulo 3tio in angulo inferiore posteriore styliformi, elongato et ultra finem carpi producto; articulo 5to vel manu apicem versus angustiore; manu feminæ sat lata, ovali, parum longiore quam carpo. Pedes 3tii et 4ti paris ungue brevior quam articulo 5to. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore parum brevior quam exteriori; hoc duplo longiore quam pedunculo. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

Gen. III. Autonoë. Bruzelius 1859.

Autonoë. Bruzelius, Skand. Amphip. Gam. K. Vet.-Akad. Handl.

Ny Följd. III. 1859. p. 23.

Pedes 1mi paris iisdem 2di paris majores; articulo 5to utriusque sexus manum formanti; hac validiore apud marem quam apud feminam.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori longiore quam interiore.

Cæteroquin ferme ut apud genus *Microdentopus*.

A. longipes. Lilljeborg 1852.

Gammarus longipes. Lilljb., Öfvers. af K. Vet.-Akad. Förhandl.

1852. p. 10.

Autonoë longipes. Bruz., Skand. Amphip. Gam. p. 28. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. 1859.

Microdeutopus longipes. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 166.

Pedes 1mi paris apud marem articulo 1mo postice per dilatato et setoso; carpo permagno sed brevior quam manu; hac ovata, in margine inferiore dentibus validis duobus armata; apud feminam articulo 1mo non dilatato; manu oblonga, ovata, edentata, spinis modo instructa. Pedes 2di paris apud marem carpo paulo majore quam manu elongata, ovata et in margine anteriore per setosa; apud feminam carpo parum brevior. Pedes 3tii et 4ti paris ungue longitudinem articuli 5ti æqvanti. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori multo longior quam pedunculo. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

A. plumosa. n. s.

Antennæ superiores articulo pedunculi 2do multo longior quam apud speciem præcedentem. Pedes 1mi 2diqve paris validiores et scopis multis setarum instructi. Pedes saltatorii ultimi paris ramis duplo longioribus quam pedunculo. Cæteroqvin ferme ut apud speciem præcedentem. Christianiafjord.

Gen. IV. Protomedeia. Krøyer 1842.

Protomedeia. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV B. p. 154. 1842.

Pedes 2di paris iisdem 1mi paris validiores et apud marem robustiores quam apud feminam.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiori brevior quam exteriori.

Pedes 3tii et 4ti paris ungue sat elongato.

Cæteroqvin ferme ut apud genus *Microdeutopus*.

P. fasciata. Krøyer 1842.

Protomedeia fasciata. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 R. IV B. p. 154. 1842.

Gammarus macronyx. Lilljeb., Kongl. Vet.-Akad. Handl. 1854. p. 458. ♀.

Autonoë macronyx. Bruz., Skand. Amphip. Gam. p. 29. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. 1859.

Lembos Websterii. Spence Bate, Ann. and Mag. of Nat. Hist. 1857. p. 142.

Microdeutopus Websterii. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 164. pl. XXX. fig. 2. 1857.

Microdeutopus macronyx. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 167. 1862.

Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo parum modo brevius quam 2do. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio vix duplo longius quam crasso. Oculi parvi, ovales. Pedes 1mi paris manu ovata, parum minor quam carpo. Pedes 2di paris apud marem carpo dilatato, perlato et longius quam manu ovata; ungue perbrevis, curvatus; manu femine majore quam carpo, elongata, ovata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio permagno, 4to parvo et ovali, 5to perangusto; ungue parum brevius quam articulo 5to. Grœnlandia, Spitsbergia, ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

P. longimana. n. s.

Antennæ superiores articulo pedunculi 1mo tertiam longitudinis articuli 2di fere æqvanti. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio plus duplo longius quam crasso. Oculi sat magni, ovati, sursum angustiores. Pedes 1mi paris elongati et angusti; carpo longius quam manu ovali; manu maris in margine posteriore spinis paucis validis armata; manu femine setis modo instructa. Pedes 2di paris validiores; carpo longitudinem manus elongatæ et angustæ fere æqvanti; manu maris, non femine, in margine posteriore tuberculis duobus armata. Pedes 3tii et 4ti paris ungue multo brevius quam articulo 5to. Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim parum modo crescentes. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore paulo longius quam pedunculo. Haugesund.

Gen. V. Gammaropsis. Lilljeborg 1854.

Gammaropsis. Lilljeborg, Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1854. p. 455.

Eurystheus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58.

Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio perlongo. *Heq. acc. instr.*

Hypostomum antice productum et acuminatum.

Epimerum 4tum maximum.

Pedes 1mi et 2di paris utriusque sexus invicem eadem forma, sed pedes 2di paris validiores; articulo 5to manum subcheliformem formanti.

Pedes 3tii et 4ti paris ungue magnitudinis mediocris.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriore paulo brevior quam interiore.

G. erythrophthalmus. Lilljeborg 1854.

Gammarus (Gammaropsis) erythrophthalmus. Lilljb., Kongl. Vet.-Akad. Handl. 1854. p. 455.

Eurystheus tridentatus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 55.

Autonoë erythrophthalma. Bruz., Skand. Amphip. Gam. p. 27.

K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. 1859.

Eurystheus erythrophthalmus. Spence Bate, Catal. of Amphip.

Brit. Mus. p. 196. pl. XXXV. f. 7. 1862.

Oculi magni, ovales aut parum reniformes, rubri. Angulus lateralis capitis antice acutus. Hypostomum antice longe productum et acuminatum. Epimerum 5tum tam altum sed multo latius quam epimerum 4tum. Segmentum postabdominis 3tium angulo inferiore posteriore sursum producto et acuto; segmentum 4tum postice in medio dentibus duobus minutis armatum. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio longitudine fere æqualibus; articulo 1mo multo brevior et crassior. Pedes 2di paris manu maris multo longior quam carpo, apicem versus dilatata, in acie oblique truncata et tuberculis tribus instructa; manu femine multo minore, ovali. Pedes 3tii et 4ti paris ungue multo minore quam articulo 5to. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore longitudinem pedunculi fere æquant. Appendix caudalis postice truncata, in fine marginis posterioris spinis duabus armata. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.



Gen. VI. Podoceropsis. A. Boeck 1860.

Podoceropsis. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. Sde Møde. 1860. p. 666.

Nænia. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 271. 1862.

Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio prælongato; flagello accessorio absenti.

Pedes 2di paris iisdem 1mi paris majores et apud marem multo validiores quam apud feminam.

Pedes 3tii et 4ti paris ungue parvo.

Pedes saltatorii ultimi paris ramis invicem æqualibus.

P. Sophiæ. A. Boeck 1860.

Podoceropsis Sophiæ. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. Sde Møde. 1860. p. 666.

Nænia tuberculosa. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 271. pl. XLVI. fig. 2. 1852.

Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio breviora quam articulo 2do, longitudinem articuli 1mi fere æquant sed tamen multo graciliora. Oculi magni, reniformes, ovales. Pedes 1mi paris manu ovata, breviora quam carpo. Pedes 2di paris manu maris multo majore quam carpo, oblonga et ovata, bis aut ter longiora quam lata, in media acie tuberculis duobus armata; manu feminae multo minore, attamen lata, in acie oblique truncata et serrata; ungue etiam serrato. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to multo breviora quam 5to. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo non perlato, in angulo inferiore posteriore paulo producto et rotundato. Pedes saltatorii ultimi paris longitudinem pedunculi fere æquantibus. Haugesund, Farsund.

Subfamilia XIX. Amphithoinæ.

Mandibulæ in apice perdentatæ, robustæ; ramo accessorio etiam dentato; tuberculo molari prominenti; serie spinarum ex spinis multis, validis, in margine convexo serratis, composita; palpo elongato, 3articulato.

Labium inferius laciniis exterioribus in apice profunde incisus; laciniis interioribus magnis.

Maxillæ 1mi paris lamina interiore parvula.

Maxillæ 2di paris laminis latis.

Pedes maxillares laminis exterioribus in margine interiore dentibus validis armatis; palpo robusto sed non longo; articulo palpi 4to non ungviformi sed in apice spinis duabus curvatis armato.

Corpus compressum; epimeris mediocribus, in margine interiore non plumosis; epimero 5to tam alto sed latiore quam 4to, in margine posteriore pro pedibus 5ti paris retroversis inciso.

Antennæ superiores tenues; articulo pedunculi 3tio perbrevis; flagello longo; flagello accessorio absenti.

Antennæ inferiores flagello brevissimo.

Pedes 1mi et 2di paris manu subcheliformi instructi; manu 1mi paris eadem forma ac 2di paris; pedes 2di paris validiores apud marem quam apud feminam.

Pedes trium parium-ultimorum longitudine gradatim crescentes.

Pedes saltatorii biramei; pedes ultimi paris ramis parvulis; ramo exteriori ungvibus duobus instructo.

Appendix caudalis crassa.

Gen. I. Amphithoë. Leach 1813.

Amphithoë. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 402. 1813—1814.

Cymadusa. Savigny, Egypte Crust. pl. 26.

Anisopus. Templeton, Trans. Ent. Soc. Ser. I. p. 188. 1836.

Pleonexes. Spence Bate, Ann. Nat. Hist. 2 ser. XIX. p. 147. 1847.

Mandibulæ articulo palpi 3tio non per dilatato, longitudinem articuli 2di ferme æquanti.

Pedes 1mi et 2di paris ungvibus dentato; pedes 2di paris iisdem 1mi paris validiores.

Pedes quinque parium posteriorum articulo 5to apicem versus non dilatato et manum subcheliformem non formanti.

Pedes saltatorii ultimi paris biramei; ramis perbrevibus; ramo exteriori ungvibus duobus validis armato.

A. podoceroïdes. Rathke 1843.

Amphithoë podoceroïdes. Rathke, Acta Acad. Leopold. T. XX. p. 79. tab. IV. f. 4. 1843.

Amphithoë albomaculata. Krøyer, Naturh. Tidsskr. Ny Række. 2 B. p. 67. 1845. *Voy. Scand. pl. 11 B. fig. 1.*

Amphithoë littorina. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 59.

Oculi parvi, obliqui, ovales, rubri. Antennæ superiores dimidiam corporis longitudinem parum superantes. Pedes 1mi paris manu paulo brevior quam eadem 2di paris, quadrangulari, vix duplo longior quam lata. Pedes 2di paris manu maris majore quam eadem feminae, in acie oblique truncata; acie manus antice tuberculo, postice spinis duabus validis instructa; margine manus posteriore seriebus multis setarum instructo. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo plus duplo longior quam lato. Pedes 5ti paris articulo 1mo elongato; articulo 4to brevior quam 3tio et longior quam lato; articulo 5to angusto, longitudinem articuli 3tii et 4ti junctorum ferme æquanti. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

A. grandimana. A. Boeck 1860.

Amphithoë grandimana. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 668.

Antennæ superiores dimidiam longitudinem animalis æquantes. Pedes 2di paris manu maris pergrandi, tam longa quam articulis omnibus præcedentibus junctis, oblonga et ovata, in acie crenulata; manu feminae multo minore, in acie oblique truncata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo multo latior quam apud speciem præcedentem; articulo 3tio postice per dilatato. Pedes 5ti paris articulo 1mo fere rotundo; articulo 4to non longior quam lato; articulo 5to ovali, brevior quam articulo 3tio et 4to junctis.

Gen. II. Sunamphithoë. Spence Bate 1855.

Sunamphithoë. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 59.

Pedes trium parium posteriorum articulo ultimo deorsum dilatato et manum subcheliformem formanti.

Reliqua cum genere *Amphithoë* fere conveniunt.

S. hamulus. Spence Bate 1855.

Sunamphithoë hamulus. Spence Bate, Ann. and Mag. of Nat.

Hist. 2 ser. XIX. p. 178. 1857. Brit. Assoc. Report. p. 59. 1855.

Oculi parvi, rotundi. Antennæ superiores dimidia animalis longitudine breviores; articulo pedunculi 1mo duplo longiore quam crasso, longitudinem capitis æqvanti. Pedes 2di paris manu maris paulo majore quam eadem feminæ, elongata, quadrangulari, in acie oblique truncata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo elongato; articulis cæteris brevioribus; articulo 3tio parum modo dilatato, 4to brevior quam lato. Pedes 5ti paris articulo 1mo in margine posteriore per dilatato, tam lato quam alto; articulo 4to brevior quam lato; manu in acie prope ad basin unguis dente serrato instructa. Pedes 7mi paris articulo 1mo postice non per dilatato; articulo 4to parum brevior quam 5to. Appendix caudalis in apice unguibus duobus instructa. Haugesund, Farsund.

S. longicornis. n. s.

Antennæ prælongatæ; superiores inferioribus longitudine circiter æqvales, longitudinem animalis æqvantes; articulo pedunculi 1mo longitudini capitis et articuli 2di æquali. Antennæ inferiores articulo pedunculi 4to brevior quam 5to. Pedes 1mi paris manu fere quadrangulari. Pedes 2di paris manu maris permagna, apicem versus latiore, in margine anteriore sinuata, in acie oblique truncata; manu feminæ multo minore, paulo longior quam eadem 1mi paris. Pedes 3tii et 4ti paris longiores et angustiores quam apud speciem præcedentem; articulo 5to longior quam lato. Pedes 7mi paris articulo ultimo longior quam articulo 3tio, apicem versus dilatato. Appendix caudalis unguibus destituta, in margine posteriore paulum incisa. Haugesund.

Subfamilia XX. Podocerinæ. 1121

Labium superius in apice parum sinuatum.

Hypostomum sæpe valde prominens.

Mandibulæ pervalidæ, in apice perdentatæ; processu accessorio magno, item perdentato; serie spinarum ex setis multis,

latis, in margine convexo serratis, constanti; tuberculo molari permagno et serie dentium inferiore in setas plumosas desinenti; palpo elongato, 3articulato, sæpe pervalido.

Labium inferius latum; lamina interna magna.

Maxillæ 1mi paris palpo spinis paucis elongatis armato; lamina interiore parvula, ovali, setis destituta.

Maxillæ 2di paris latæ; lamina externa latissima et longiore quam interiore.

Pedes maxillares laminis mediocribus; lamina interiore dentibus tribus, exteriori permultis validis et apicem versus longioribus, postice in setas curvatas desinentibus, armatis; palpo permagno; articulo 2do elongato; articulo 4to non ungviformi sed in apice spinis duabus curvis, validis armato.

Corpus subdepressum; dorso rotundato; epimeris parvis.

Oculi in lobis capitis lateralibus siti.

Antennæ superiores pedunculo prælongato; articulo ejusdem 3tio longitudinem 2di fere æqvanti; flagello brevi aut perbrevis; flagello accessorio brevi aut absenti.

Antennæ inferiores flagello ex articulis paucis aut multis, nunquam permultis, composito.

Pedes 1mi paris subcheliformes, iisdem 2di paris minores.

Pedes 2di paris apud mare majores, subcheliformes, interdum cheliformes; articulo 4to manum efficienti; articulo 5to et ungue pollicem 2articulatum una formantibus; pedes 2di paris apud feminam semper subcheliformes.

Pedes 5ti paris retroversi.

Pedes 6ti et 7mi paris longitudine gradatim crescentes.

Pedes saltatorii ultimi paris 1 aut 2 ramosi; ramis perbrevis et dentibus curvatis armatis; pedunculo elongato.

Appendix caudalis crassa, spinis aut dentibus instructa.

Gen. I. Podocerus. Leach.

Podocerus. Leach, Linn. Trans. XI. p. 360. 1815.

Jassa, Leach, Linn. Trans. XI. p. 361. 1815.

Ischyrocerus. Krøyer, Gronlands Amphipoder. K. Danske Vid.-Selsk. Skrifter. 1838. p. 59.

Also figured in Podocerus by Leach 1815

Cratophium. Dana, United States Explor. Exped. p. 841. ♂. 1853.
 Dereothoë. Dana, United States Explor. Exped. p. 968. ♀.

Mandibulæ palpo elongato, non lato; articulo palpi ultimo in apice rotundato et setis plumosis permultis instructo.

Epimera anteriora parva.

Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio sat elongato; flagello brevi sed multiarticulato; flagello appendiculari parvo.

Pedes 2di paris m̄aximi, apud marem validiores q̄vam apud feminam; articulo 5to manum subcheliformem formanti.

Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo parum modo dilatato.

Pedes saltatorii ultimi paris biramei; ramis parvulis.

Appendix caudalis crassa.

P. latipes. Krøyer 1842.

Ischyrocerus latipes. Krøyer, Nat. Tidsskr. 1 B. IV. p. 162. 1842.

Angulus lateralis capitis rotundatus. Pedes 1mi paris manu perlata, dilatata, triangulari, in angulo rotundata. Pedes 2di paris manu eadem forma sed majore ac 1mi paris; carpo perbrevis; ungue parum modo brevior q̄vam manu. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori dentibus duobus parvis instructo; ramo interiori edentato. Grœnlandia.

P. megacheir. n. s.

Angulus capitis lateralis acutus. Pedes 1mi paris manu elongata, ovata, multo longior q̄vam carpo. Pedes 2di paris apud feminam eadem forma ac pedes 1mi paris, sed carpo brevior et manu majore; manu maris vero prælongata, magna, ovali, circiter ter longior q̄vam lata; acie manus prope ad basin unguis tuberculo instructa. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori in apice dente uno armato; ramo interiori inermi. Haugesund.

P. anguipes. Krøyer 1838.

?Podocerus cylindricus. Say, Jour. Acad. Phelad. pl. 2. 1817.

Ischyrocerus anguipes. Krøyer, Grœnl. Amphip. Danske Vidensk.-Selsk. Afhandl. VII. p. 283. tab. III. fig. 14. ♂. 1838.

Gammarus Zebra. H. Rathke, Acta Acad. Leopold. T. XX. p. 74. tab. III. fig. 4. ♀. 1843.

Ischyrocerus minutus. Lilljeborg, Kongl. Vet.-Akad. Handl. 1850. p. 335.

?Cerapus fucicola. Stimpson, Marine Invert. Grand. Manan. p. 48. fig. 34. 1855.

Podocerus punctata. ♀. Spence Bate, Ann. and Mag. of Nat. Hist. 2 ser. XIX. p. 148. 1847.

Dercotohö punctata. (Milne Edwards). Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 260. pl. XLIV. f. 10. 1862.

Podocerus largimanus. Heller, Beiträge etc. Denkschriften d. K. Akad. d. Wissenschaften. 26 B. 2 Ab. p. 46. 1867.

Podocerus anguipes. Bruz., Skand. Amphip. Gammar. K. Vet.-Acad. Handl. Ny Följd. III. p. 21. 1859.

Angulus capitis lateralis nec productus nec acutus. Pedes 1mi paris manu lata, ovali. Pedes 2di paris apud marem manu ter longiore quam lata, curvata, infra truncata, in extremo margine posteriore prope ad basin unguis tuberculo instructa; apud feminam manu sat brevior, ovali. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori in extremo margine superiore dentibus quatuor instructo; ramo interiori acuminato, edentato. Grœnlandia. Spitsbergia. Ad oras Norvegiæ usque ad Bohusiam.

P. falcatus. Montagu 1808.

Cancer (Gammarus) falcatus. Montagu, Trans. of Linn. Soc. IX. p. 100. pl. 5. 1—2. 1808. ♂. jun.

Jassa falcata. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 433. ♂. jun. 1813—1814.

Jassa pulchella. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 433. ♂.

Jassa pelagica. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 433. ♀.

Podocerus pulchellus. Milne Edwards, Ann. des Sci. Nat. Hist. p. 884. 1830. ♂.

Cerapus pelagicus. Milne Edwards, Hist. des Crust. III. p. 61. 1840. ♂. jun.

Podocerus calcaratus. Rathke, Acta Acad. Leopold. XX. p. 91. tab. IV. fig. 9. 1843. ♂.

Podocerus falcatus. Thompson, Ann. and Mag. of Nat. Hist. XX. p. 274. 1847.

Podocerus falcatus. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 255. pl. XLIV. fig. 1. 1862.

Podocerus pelagicus. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 255. pl. XLIV. fig. 2. ♀.

Podocerus monodon. Heller, Beiträge etc. Denckschriften d. K. Akad. d. Wissenschaften. 26 B. 2 Ab. p. 45. 1867.

Angulus capitis lateralis rotundatus. Pedes 2di paris apud marem manu prælongata, curvata, longiore quam articulis præcedentibus junctis, ex summo margine posteriore calcem longam emittenti, in fine marginis ejusdem tuberculo instructa; apud feminam manu ovata, in margine posteriore tuberculis duobus vel tribus instructa. Pedes 3tii et 4ti paris articulis brevissimis; articulo 3tio in angulo inferiore posteriore ad finem articuli 4ti producto; articulo 5to ovato. Pedes saltatorii ultimi paris ramo exteriori in extremo margine superiore spinis duabus vel tribus armato; ramo interiori in apice dente uno obtuso instructo. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

Gen. II. Janassa. n. g.

Jassa. Bruzelius, Amphip. Gammar. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 18. 1859.

Mandibulæ palpo perlato, non vero longo; articulo palpi 3tio obovato.

Antennæ robustæ, setis densis instructæ; superiores flagello perbrevis, ex articulis paucis (3) constanti; articulo ejusdem 1mo perlongo; flagello accessorio fere obsoleto.

Antennæ inferiores superioribus multo longiores et crassiores; flagello ex articulis paucis constanti; articulo ejusdem 1mo permagno, prælongato.

Corpus subdepressum; epimeris parvis.

Reliqua cum genere *Podocerus* ferme conveniunt.

J. variegata. Leach 1813—1814.

Podocerus variegatus. Leach, Edinb. Encyc. VII. p. 433. 1813—1814. ♀.

Podocerus capillatus. H. Rathke, Nova Acta Cæsar. Leopold. Carolin. Nat. Cur. T. XX. p. 89. 1843. ♂.

Jassa capillata. Bruzelius, Amphip. Gammar. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 18. 1859.

Angulus lateralis capitis productus, subrotundatus. Oculi minimi. Antennæ superiores articulo pedunculi 2do et 3tio longitudine fere æqualibus, longioribus sed angustioribus quam articulo 1mo; flagello 3articulato; articulo ejusdem 2do et 3tio junctis dimidiam longitudinem articuli 1mi non æquantibus. Antennæ inferiores articulo pedunculi 5to longiore sed angustiore quam 4to. Pedes 1mi paris manu ovali, longiore quam carpo. Pedes 2di paris manu maris multo majore quam feminae, ovata, in acie profunde incisa et dentibus duobus armata; manu feminae in acie incisa, tuberculo valido, non dentibus, instructa. Pedes 3tii et 4ti paris perbreves et lati. Pedes saltatorii ultimi paris ramo interiore in apice spina una armato; ramo exteriori edentato. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

Gen. III. Cerapus. Say 1817.

Cerapus. Say, Jour. Acad. Philad. 1. p. 49. 1817.

Erichthonius. Milne Edwards, Ann. des Sci. Nat. XX. p. 383. 1850.

Cerapodina. Milne Edwards, Hist. des Crust. III. p. 62. 1840.

Pyctilus. Dana, United States Explor. Exped. p. 973. 1853.

Hypostomum productum et acuminatum.

Mandibulæ articulo palpi 3tio brevior quam 2do, in apice rotundato.

Antennæ superiores flagello elongato; flagello accessorio absenti; articulo pedunculi 3tio elongato.

Antennæ inferiores flagello multiarticulato.

Corpus depressum; dorso lato; epimero 2do magno; epimeris cæteris minimis.

Pedes 1mi paris utriusque sexus æquales; articulo 5to manum subcheliformem formanti.

Pedes 2di paris carpo maris permagno et pervalido, in angulo inferiore posteriore plus minusve producto; articulo 5to multo angustiore; articulo 5to et ungue longo una pollicem 2articulatum efficientibus; pedes 2di paris feminæ iisdem maris multo minores; carpo brevi, ex angulo inferiore posteriore calcem emittenti; articulo 5to manum subcheliformem formanti.

Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo perlato.

Pedes saltatorii ultimi paris 1ramosi; ramo sat brevi.

Appendix caudalis in apice tuberculis spinosis duobus instructa.

C. abditus. Templeton 1836.

Cerapus abditus. Templeton, Trans. Ent. Soc. 1. p. 188. pl. XX. fig. 5. 1836.

Cerapodina abditus. Milne Edwards, Hist. des Crust. III. p. 62. 1840.

Erichthoniis difformis. Spence Bate, Synopsis etc. Ann. Nat. Hist. 1857.

?*Cerapus Whitei.* Gosse, Nat. Rambles Devonshire Coast. p. 383. pl. XXII. fig. 12. 1853.

Siphonocetus Krøyeranus. Spence Bate, Brit. Assoc. Report. 1855. p. 58. ♀.

Siphonocetus Whitei. Crust. Amphip. in Brit. Mus. p. 270. pl. XLV. fig. 10. 1863. ♀.

Antennæ superiores dimidia longitudine animalis parum longiores, inferioribus æquales. Pedes 1mi paris manu triangulari. Pedes 2di paris apud marem carpo permagno, paulo longiore quam lato, in angulo inferiore posteriore in dentem longum, vix ad finem articuli 5ti porrectum, producto et dente magno accessorio interiore instructo; articulo 5to sat lato, in margine interiore nodulis latis armato; apud feminam carpo calcem validam, longam, in apice rotundatam, emittenti; articulo 5to manum latam, triangularem, in margine interiore paulum sinuatam, formanti. *Spitsbergia*, ad oras occidentales *Norvegiæ* usque ad *Bohusiam*.

C. difformis. Milne Edwards 1830.

Erichthonius difformis. M. Edwards, Ann. des Sc. Nat. T. XX.
p. 382. 1830.

Podocerus Leachii. H. Krøyer, Naturhist. Tidsskr., 1ste Række,
4de B. p. 163. 1843.

Cerapus difformis. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus.
p. 265. pl. XLV. fig. 5. 1862.

Pedes 2di paris carpo apud marem duplo longiore quam lato, in angulo inferiore posteriore dentem longum formanti; articulo 5to angusto, subcurvato. Cæteroqvin ferme ut apud speciem præcedentem. Christianiafjord.

C. longimanus. n. s.

Pedes 2di paris apud marem longitudinem animalis fere æqvantes; carpo ter longiore quam lato, ex angulo inferiore posteriore dentem emittenti; dente dimidiam longitudinem carpi æqvanti, ultra medium articulum 5tum porrecto, gracili, prope ad finem marginis interioris denticulo accessorio instructo; articulo 5to elongato, angusto, prope ad basin marginis posterioris tuberculo armato; ungue angustiore quam apud species præcedentes. Haugesund.

C. Hunteri. Spence Bate 1862.

Cerapus Hunteri. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus.
p. 264. pl. XLV. fig. 3. 1862.

Pedes 2di paris carpo maris ferme duplo longiore quam lato, ex angulo inferiore posteriore dentem perbreve, acutum, circiter ad medium marginem posteriorem articuli 5ti porrectum, emittenti; articulo 5to in margine posteriore serrato et tuberculis duobus vel tribus latis instructo. Haugesund.

Subfamilia XXI. Chelurinæ. Allmann 1837. (174)

Labium superius elongatum, in apice rotundatum.

Mandibulæ in apice productæ, acuminatæ, parum dentatæ; ramo accessorio parvo, bidentato; serie spinarum ex spinis paucis

validis et setis plumosis constanti; tuberculo molari valde prominenti; palpo brevi, 3articulato.

Maxillæ 1mi paris dentibus validis armatæ; palpo 2articulato, in apice dentibus paucis validis vel spinis armato; lamina interiore elongata, angusta.

Maxillæ 2di paris laminis brevibus, non vero perlatis.

Pedes maxillares laminis magnitudinis mediocris, spinis gracilibus modo instructis; palpo elongato, robusto; articulo palpi 4to non ungviformi, in apice spinis duabus curvatis instructo.

Corpus subdepressum; epimeris parvis.

Segmenta tria posteriora postabdominis coalita.

Antennæ superiores breves, flagello accessorio instructæ.

Antennæ inferiores superioribus multo longiores, latæ; segmentis flagelli coalitis.

Pedes natatorii pedunculo introrsum valde dilatato.

Pedes saltatorii 1mi et 2di paris parvi.

Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo perbrevis, uniramosi; ramus magno lamelliformi.

Appendix caudalis parva.

Gen. Chelura. Philippi 1839.

Chelura. Philippi, Archiv f. Naturgesch. Vol. V. 1839. p. 120.

Nemertes. White, Catal. Crust. in Brit. Mus. p. 90. 1847.

Segmentum postabdominis 3tium in medio spina longa, crassa, curvata, apud mare majore quam apud feminam, armatum.

Pedes 1mi et 2di paris parvi, invicem fere eadem forma; manu angusta, cheliformi; pedes 2di paris graciliores.

Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo parum dilatato.

Appendix caudalis lamelliformis, in apice rotundata.

C. terebrans. Philippi 1839.

Chelura terebrans. Philippi, Archiv für Naturgesch. Vol. V. 1837. p. 120. pl. III. f. 3.

Nemertes nesæoides. (Leach). White, Cat. Crust. in Brit. Mus. p. 90. 1847.

Antennæ inferiores flagello ovali, elliptico; segmentis flagelli coalitis. Pedes 1mi paris manu longiore, 2di paris brevioris quam carpo. Pedes saltatorii 1mi paris pedunculo per dilatato et crenulato. Pedes saltatorii ultimi paris ramo apud mare majore quam apud feminam, elongato, ovato. Appendix caudalis in apice paulo producta. Christianiafjord.

Subfamilia XXII. Corophinæ. Dana 1849.

Labium superius latum, in apice rotundatum et setosum.

Mandibulæ validæ, in apice dentatæ; processu accessorio etiam dentato et serie dentium inferiore in setam longam, plumosam desinenti; serie spinarum ex spinis paucis sed latis, in apice dentatis, composita.

Labium inferius latum; laminis internis validis.

Maxillæ 1mi paris palpo in apice dentibus validis armato; lamina interioris parva aut obsoleta.

Maxillæ 2di paris plus minusve latæ.

Pedes maxillares lati, validi; articulo palpi 4to in apice spinis duabus validis instructo aut unguiformi; lamina exterioris in margine interioris dentibus aut spinis armata.

Corpus depressum, latum, robustum; epimeris minimis, rigidis.

Caput dilatatum.

Antennæ inferiores superioribus vulgo validiores, pediformes, in apice unguibus instructæ, apud mare robustissimæ.

Pedes 1mi paris iisdem 2di paris sæpissime validiores.

Pedes natatorii breves, validi; pedunculo interdum introrsum valde dilatato.

Pedes saltatorii 1mi et 2di paris 2 ramosi; ramis parum elongatis.

Pedes ultimi paris parvi, breves, lati, 1 ramosi.

Appendix caudalis laminaformis.

Gen. I. Corophium. Latreille 1807.

Corophium. Latreille, Gen. Crust. et Insect. p. 8. 1807.

Mandibulæ serie setarum ex setis tribus validis, in apice latis et dentatis, constanti; palpo 2articulato.

Maxillæ 1ni paris palpo elongato; lamina interiore absenti.

Pedes maxillares validi; articulo palpi 4to in apice obtuso, spinis duabus crassis armato; lamina exteriori in margine interiore spinis tenuibus instructa; lamina interiore angusta.

Antennæ superiores utriusque sexus inferioribus graciliores; articulo pedunculi 3tio brevi; flagello brevi, pluriarticulato; flagello accessorio absenti.

Antennæ inferiores pervalidæ, pediformes.

Pedes 1ni paris graciles, manu subcheliformi instructi.

Pedes 2di paris articulo 3tio elongato, setis multis plumosis instructo, in margine anteriore cum margine posteriore articuli 4ti coalito; articulo 5to elongato, manum subcheliformem non formanti.

Pedes 3tii et 4ti paris non sat elongati.

Pedes 5ti et 6ti paris breves, invicem eadem forma; articulo 1mo parum dilatato.

Pedes 7mi paris magis elongati, angusti; articulo 1mo paulo dilatato.

Pedes saltatorii ultimi paris ramo minimo; pedunculo in margine interiore non dilatato.

C. grossipes. Linné 1767.

Cancer grossipes. Linné, Syst. Natur. II. p. 1055. 1767.

Oniscus volutator. Pallas, Spic. Zool. IX. p. 59. tab. 4. f. 9. 1777.

Astacus linialis. Pennant, Brit. Zool. ed. 1777. IV. p. 17. pl. 16. f. 31.

Gammarus longicornis. Fabricius, Ent. Syst. II. p. 515. 1792.

Corophium longicorne. Latreille, Gen. Crust. et Ins. I. p. 59. 1807.

Rostrum frontale parvum. Angulus lateralis capitis rotundatus. Antennæ inferiores apud mare longitudinem animalis superantes, apud feminam non æqvantes; articulo pedunculi 5to edentato. Pedes 1ni paris ungue longitudinem aciei manus æqvanti; carpo paulo longiore quam manu. Pedes 2di paris ungue levi. Pedes 3tii et 4ti paris ungue brevioris quam articulo 4to et 5to junctis. Pedes 5ti et 6ti paris angulo inferiore anteriore articuli

3tii valde producto; articulo 4to lato, brevi, spinoso. Pedes 7mi paris articulo 4to brevior quam 3tio. Pedes saltatorii ultimi paris ramo brevi, ovali. Segmentum postabdominis 4tum, 5tum et 6tum non coalita. Ad oras Scandinaviæ occidentales et orientales. *B.F.*

C. crassicorne. Bruzelius 1859.

?*Corophium acherusicum.* Costa, Ricerche su' Crostacei Amphip. del Reg. di Napoli. Mem. d. Nat. Accad. d. Science Napoli 1856. p. 232.

Corophium crassicorne. Bruz., Amphip. Gammar. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. p. 15. pl. 1. fig. 2. 1859.

?*Corophium crassicorne.* (Bruzelius). Spence Bate and Westwood, Brit. sessile-eyed. Crust. p. 499. 1863.

Rostrum frontale parvum. Angulus capitis lateralis valde productus et acuminatus. Antennæ inferiores corpore breviores; articulo pedunculi 5to dente brevi armato. Pedes 1mi paris ungue longitudinem aciei manus superanti; carpo paulo longiore quam manu. Pedes 2di paris ungue prope ad finem marginis posterioris spina una valida armato. Pedes 3tii et 4ti paris ungue longitudinem articuli 4ti et 5ti junctorum æqvanti. Pedes 5ti et 6ti paris angulo inferiore anteriore articuli 3tii non valde producto; articulo 4to nec dilatato nec spinoso. Pedes 7mi paris articulo 3tio et 4to longitudine ferme æqualibus. Pedes saltatorii ultimi paris ramo ovali. Segmentum postabdominis 4tum, 5tum et 6tum coalita. Ad oras occidentales Norvegiæ usque ad Bohusiam.

C. affine. Bruzelius 1859.

Corophium affine. Bruz., Amphip. Gammar. p. 16. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. 1859.

?*Corophium Bonellii.* Milne Edwards, Ann. des Sc. nat. XX. p. 385. ♀. 1830.

Caput rostro frontali destitutum. Angulus lateralis capitis parum modo productus et acuminatus. Antennæ breviores et

angustiores quam apud species præcedentes. Antennæ inferiores articulo pedunculi 5to spina destituto. Pedes 1mi paris ungue longitudinem aciei manus superanti; carpo multo longiore quam manu. Pedes 2di paris ungue prope apicem marginis posterioris dente uno armato. Pedes 3tii et 4ti paris ungue multo longiore quam articulis duobus posterioribus junctis. Pedes 5ti et 6ti paris angulo inferiore anteriore articuli 3tii parum modo producto; articulo 4to non spinoso. Pedes 7mi paris articulo 3tio et 4to longitudine ferme æqualibus. Pedes saltatorii ultimi paris ramo elongato, cylindrico. Segmentum postabdominis 4tum, 5tum et 6tum non coalita. Christianiafjord, Bohusia.

Gen. II. Siphonocetus. Krøyer 1845.

Siphonocetus^E. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2 R. 1 B. p. 481. 1845.

Mandibulæ palpo 3articulato; articulo 3tio nodiformi, fere obsoleto.

Maxillæ 1mi paris lamina interna destitutæ.

Pedes maxillares validi; laminis exterioribus magnitudinis mediocris, in margine interiore dentibus paucis, robustis, apicem versus in spinas validas et curvatas desinentibus, armatis; articulo palpi 4to unguiformi.

Antennæ superiores inferioribus breviores; pedunculo elongato; flagello brevi, pauciarticulato; flagello accessorio absentis.

Antennæ inferiores pediformes, apud marem majores quam apud feminam.

Pedes 1mi et 2di paris validi; pedes 2di paris manu subheliiformi, parum robustiore quam apud pedes 1mi paris.

Pedes 3tii et 4ti paris perlatis; articulo 3tio deorsum cordiformiter dilatato; articulo 4to et 5to multo angustioribus et perbrevibus.

Pedes natatorii pedunculo introrsum per dilatato.

Pedes saltatorii ultimi paris 1ramosi; pedunculo introrsum valde dilatato.

S. typicus. Krøyer 1845.

Siphonocetus typicus. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2 R. 2 B. p. 481. pl. VII. f. 4. 1845.



Angulus capitis lateralis non valde productus. Antennæ inferiores longitudinem animalis superantes. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo longiore quam lato; articulo 3tio vix duplo longiore quam lato; ungue brevior quam articulo 5to angusto. Pedes saltatorii 1mi et 2di paris ramo exteriori elongato, angusto, curvato, apicem versus acuminato, in margine exteriori convexo dentibus permultis instructo; ramo interiori spinis destituto. Pedes saltatorii ultimi paris ramo in apice attenuato. Appendix caudalis latior quam longa. Grœnlandia.

S. Colletti. n. s.

Angulus capitis lateralis in lobum, antice rotundatum, productus. Oculus in extremo lobo positus. Antennæ inferiores sat graciles, longitudine animalis breviores. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo fere latior quam alto; articulo 3tio paulo longiore quam lato; articulo 5to parum longiore quam lato; ungue longitudinem articuli 4ti et 5ti junctorum superanti. Pedes saltatorii 1mi et 2di paris ramis in apice rotundatis, in margine exteriori dentibus paucis, crassis, et in apice spinis nonnullis tenuibus instructis. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo in margine posteriore setis longis instructo; ramo parvo, rotundato aut ovali, in apice setoso. Appendix caudalis vix longior quam lata. Haugesund, Christianiafjord.

pres. in moll. & cly.

Gen. III. Glauconome. Krøyer 1845.

Glauconome. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2 R. 1 B. p. 491. 1845.

Mandibulæ palpo 3articulato; articulo 3tio elongato, angusto sed brevior quam 2do.

Maxillæ 1mi paris lamina interiori parva.

Pedes maxillares lamina exteriori parva, in margine interiori dentibus paucis sed validis instructa; lamina interiori lata; articulo palpi ultimo fere unguiformi.

Antennæ superiores inferioribus parum modo longiores; flagello multiarticulato; flagello accessorio parvo.

Antennæ inferiores apud mare multo validiores quam apud

feminam, fere pediformes; flagello ex articulis pluribus composito; articulo flagelli ultimo spinis duabus curvatis instructo.

Pedes 1mi paris validi; manu subcheliformi.

Pedes 2di paris iisdem 1mi paris multo graciliores et angustiores; manu parum subcheliformi.

Pedes 3tii et 4ti paris graciles.

Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim crescentes; articulo 1mo parum dilatato.

Pedes saltatorii ultimi paris 1ramosi; pedunculo introrsum dilatato.

Appendix caudalis laminaformis.

G. leucopis. Krøyer 1845.

Glauconome leucopis. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2 R. 1 B. p. 491. 1845.

Unciola leucopis. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 279. 1862.

Segmenta postabdominis tria anteriora in utroque latere dorsi tuberculo parvo, sat lato, conico, rotundato instructa. Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio elongato, duas tertias partes longitudinis 2di æqvanti. Pedes 1mi paris carpo multo brevior quam lato, in angulo inferiore posteriore producto. Pedes 2di paris manu longitudinem carpi fere æqvanti, in acie truncata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to multo brevior quam 5to. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo in utroque margine setis longis, plumosis instructo. Pedes 7mi paris articulo 4to multo brevior quam 5to. Appendix caudalis brevior quam lata. Grænlandia, Spitsbergia, Finmarkia.

G. Krøyeri. n. s.

?Unciola planipes. Norman, Report of deep sea dredging of the coast of Northumberland and Durham. p. 3. pl. VIII. f. 9—15.

Corpus leve. Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio perbrevis et tertiam partem longitudinis articuli 2di æqvanti. Pedes 1mi paris carpo longior quam apud speciem præcedentem, in angulo inferiore posteriore non producto; manu maris lata, in

acie undata et spinis paucis sed validis armata; manu feminae ovata, in acie spinis parvis instructa. Pedes 2di paris manu multo brevior quam carpo, apicem versus angustior. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to longitudinem articuli 5ti fere aequanti et parum longior quam 3tio. Pedes trium parium ultimorum articulo 1mo setis longis, plumosis destituti; pedes 7mi paris articulo 4to et 5to longitudine fere aequalibus. Appendix caudalis paulo brevior quam lata. Haugesund, Christianiafjord.

G. Steenstrupi. n. s.

Femina. Dorsum leve, tuberculis destitutum. Caput inter antennas superiores rostrum pervalidum, curvum emittens. Antennae multo magis elongatae quam apud species praecedentes. Antennae superiores articulo pedunculi 3tio dimidium longitudinis articuli 2di aequanti; flagello longior quam pedunculo. Pedes 1mi paris manu ovali, fere eadem longitudine ac carpo; hoc non per dilatato. Pedes 2di paris manu multo brevior quam carpo, in acie truncata. Pedes quinque parium posteriorum setis plumosis destituti. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 4to longitudinem 3tii et 5ti aequanti. Pedes trium parium posteriorum articulo 1mo lineari, non dilatato, tam longo vel paulo longior quam 3tio; ungue dimidium longitudinis articuli 5ti superanti. Appendix caudalis latior quam longa. Haugesund.

Gen. IV. Hela. Boeck 1860.

Hela. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 668.

Mandibulae articulo palpi 3tio brevior quam 2do.

Pedes maxillares lamina exteriori in margine interiore dentibus paucis sed validis armata.

Corpus gracile, depressum; epimeris sat parvis.

Antennae?

Pedes sat elongati; pedes 1mi paris iisdem 2di paris majores.

Pedes trium parium ultimorum longitudine gradatim crescentes; articulo non dilatato, lineari; articulo 4to minimo.

Pedes saltatorii 1mi et 2di paris biramei, ultimi paris 1ramosi.

H. monstrosa. Boeck 1860.

Hela monstrosa. A. Boeck, Forhandl. ved de Skand. Naturf. 8de Møde. 1860. p. 669.

Caput latius quam longum, in rostrum frontale productum, ad radicem antennarum inferiorum utrobique spinis singulis instructum. Antennæ inferiores articulo pedunculi 3tio, ad finem articuli pedunculi 1mi antennarum superiorum porrecto. Pedes 1mi paris manu brevior sed latiore quam carpo, triangulari, in acie dentibus tribus validis armata; ungue longo, curvo, in margine convexo setoso. Pedes 2di paris manu angustiore quam eadem 1mi paris, brevior quam carpo, ovata, edentata. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 3tio longitudinem articuli 1mi fere æqvanti; articulo 4to et 5to longitudine æqualibus, brevioribus quam 3tio. Pedes trium parium ultimorum articulo 4to tertiam vel quartam longitudinis articuli 3tii æqvanti, in margine anteriore scopis setarum instructo; ungue fere recto, parum brevior quam articulo 5to. Pedes saltatorii 1mi paris ramo exteriori latiore quam interiori. Pedes saltatorii ultimi paris ramo longiore quam pedunculo. Christianiafjord.

Familia IV. Dulichidæ. Dana 1849. 1127.

Labium superius perlatum, in apice subsinuatum.

Mandibulæ validæ, in apice dentatæ, ramo accessorio magno et dentato instructæ; tuberculo molari robusto; serie spinarum ex spinis paucis, validis vero, in extremo margine convexo serratis, constanti; palpo longo, gracillimo; articulo palpi 3tio brevior quam 2do.

Labium inferius validum; lamini interioribus pervalidis.

Maxillæ 1mi paris lamina interiori majore vel minore; articulo palpi 2do elongato, in apice spinoso.

Pedes maxillares lamina exteriori in margine interiori spinis crassis armata; articulo palpi 4to crasso, in apice spina una valida, unguiformi instructo.

Corpus elongatum, lineare, depressum; epimeris minimis;

postabdomine ex quinque modo articulis constanti et quinque pedum paribus instructo.

Antennæ superiores et inferiores subpediformes, prælongatæ.

Gen. I. Dulichia. Krøyer 1845.

Dulichia. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2 R. 1 B. p. 521. 1845.

Dyopedos. Spence Bate, Ann. and Mag. of Nat. Hist. 2 ser. XIX. p. 150. 1857.

Segmentum trunci 6tum et 7num coalita.

Antennæ superiores flagello accessorio parvo.

Antennæ inferiores superioribus graciliores et breviores.

Pedes 1mi paris tenues; manu parva, subcheliformi.

Pedes 2di paris apud feminam iisdem 1mi paris similes, sed carpo brevior et latior quam eodem 1mi paris; pedes 2di paris apud mare multo majores; manu permagna.

Pedes 3tii et 4ti paris invicem ejusdem longitudinis et formæ, sed pedes 3tii paris articulo 3tio brevior et articulo 4to longior quam 4ti paris.

Pedes 5ti et 6ti paris invicem similes.

Pedes 7mi paris prælongati.

Pedes saltatorii 1mi et 2di paris 2ramosi; ramo exteriori brevior quam interiori.

D. spinosissima. Krøyer 1845.

Dulichia spinosissima. Krøyer, Nat. Tidsskr. 2 R. 1 B. p. 512. 1845.

Caput in ^{Ray Scand. p. 22 p. 1.} rostrum frontale longum, rectum et acuminatum productum. Segmenta trunci in margine inferiore spinis validis instructa. Segmentum trunci 7num et segmenta postabdominis duo anteriora in margine posteriore dentibus binis armata; segmentum postabdominis 3tium in eodem loco dente uno longissimo armatum. Pedes 2di paris apud mare articulo 1mo valde dilatato, in angulo inferiore anteriore producto; manu elongata, subcurvata, ex superiore tertia parte marginis posterioris calcem subcurvatam emittenti et in extremo margine prope radicem unguis spina valida instructa. Pedes trium parium ultimorum prælongati; articulo

3tio longitudinem articuli 4ti et 5ti junctorum superanti. Pedes saltatorii 1mi paris ramo exteriori longitudinem pedunculi æqvanti; ramo interiore longiore. Grœnlandia.

D. falcata. Spence Bate 1857.

Dyopedos falcatus. Spence Bate, Synopsis etc., Ann. Nat. Hist. 2 ser. XIX. p. 151. 1857.

Dulichia falcata. Spence Bate, Ann. of Nat. Hist. XX. 1857. p. 526.

Corpus non spinosum, leve. Caput antice rotundatum. Pedes 2di paris apud marem manu prælongata, angusta, ex superiore tertia parte marginis posterioris calcem tortam, ex extremo margine prope radicem unguis spinam acutam, validam emittenti. Pedes trium parium ultimorum prælongati, graciles. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 3tio longiore quam 1mo et longitudinem articuli 4ti et 5ti junctorum superanti; articulo 4to et 5to angustis, longitudine invicem æqualibus. Pedes 7mi paris articulo 3tio vix longiore quam articulo 4to et 5to junctis. Pedes saltatorii 2di paris pedunculo prælongato, longitudine ramum interiorem fere æqvanti, exteriorem superanti. Hardangerfjord, Haugesund, Christianiafjord.

D. Nordlandica. n. s.

Corpus leve. Frons brevior quam apud speciem præcedentem, rotundata. Pedes 2di paris apud marem manu magna et lata, calce destituta, in fine marginis posterioris dentibus duobus instructa; dente postico validiore et acuto, dente antico brevior et magis obtuso; ungue in summo margine interiore tuberculo robusto instructo. Pedes trium parium ultimorum prælongati, angusti. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 3tio longiore quam articulis duobus sequentibus junctis; articulo 4to longiore quam 5to. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo paulo brevior quam ramo exteriori et multo brevior quam interiore. Nordlandia, Christianiafjord.

D. tuberculata. n. s.

Caput magis productum et rotundatum quam apud speciem

præcedentem. Pedes 2di paris breves, lati, in summo margine posteriore calce perbrevis, acuminata, in infimo margine posteriore dente valido instructi; ungue in summo margine posteriore tuberculis duobus instructo. Cæteroquin ferme ut apud speciem præcedentem. Hardangerfjord, Christianiafjord.

D. curticauda. n. s.

Caput antice paulum productum et rotundatum. Pedes trium parium ultimorum multo breviores et validiores quam apud species præcedentes. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 3tio tam longo quam 1mo et longitudine articulos duos sequentes junctos fere æqvanti; articulo 4to et 5to longitudine invicem æqualibus. Pedes 7mi paris articulo 1mo perbrevis; articulo 4to paulo brevior quam 3tio et multo longior quam 5to. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo brevissimo, parum modo longior quam crasso, quartam partem longitudinis rami interioris vix æqvanti. Christianiafjord.

D. porrecta. Spence Bate 1862.

Dyopodos porrectus. Spence Bate, Synopsis etc. Ann. Nat. Hist. 2 ser. XIX. 1851. p. 151.

Dulichia porrecta. Spence Bate, Ann. Nat. Hist. XX. 1857. p. 526.

Caput paulum productum, rotundatum. Epimerum 2dum antice productum et acuminatum. Pedes 2di paris apud marem prælongati; manu elongata, angusta, in fine marginis posterioris processu dentiformi valido instructa; calce manus recta, in apice acuminata; ungue non perlongo, in margine posteriore tuberculis duobus parvis et setis compluribus instructo. Pedes trium parium ultimorum breviores et latiores quam apud species præcedentes. Pedes 5ti paris articulo 1mo paulo longior, 6ti paris brevior, 7mi paris multo brevior quam articulo 3tio. Pedes 5ti et 6ti paris articulo 4to spinoso, multo brevior quam 5to; pedes 7mi paris articulo 4to ferme eadem longitudine ac 5to. Pedes saltatorii ultimi paris pedunculo circiter dimidiam longitudinem rami interioris æqvanti. Hardangerfjord, Haugesund, Christianiafjord. *Lab. Tack.*

Gen. II. Paradulichia. n. g.

Antennæ multo breviores quam apud genus Dulichia.

Pedes saltatorii ultimi paris 1ramosi; ramo minimo.

Reliqua cum genere præcedenti conveniunt.

P. typica. n. s.

Femina. Caput parum modo productum. Pedes trium parium ultimorum non prælongati. Pedes 5ti paris articulo 1mo paulo longiore, 6ti et 7mi paris brevior quam articulo 3tio; hoc longitudine articulum 4tum et 5tum junctos, invicem longitudine æquales, fere æquant. Pedes 7mi paris articulo 4to parum modo longiore quam 5to. Pedes saltatorii 1mi paris pedunculo brevior quam ramo exteriori. Pedes saltatorii 2di paris articulum cylindricum parvum formantes. Hardangerfjord.

Gen. III. Lætmatophilus. Bruzelius 1859.

Lætmatophilus. Bruzelius, Skand. Amphip. Gammar. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. 1859. p. 9.

Segmentum trunci 6tum et 7num coalita.

Antennæ superiores processui frontali magno affixæ; flagello pauci-articulato; flagello accessorio absentibus.

Antennæ inferiores crassitudine et longitudine superioribus æquales.

Pedes 1mi et 2di paris manibus subcheliformibus instructi; pedes 2di paris majores.

Pedes 3tii et 4ti paris invicem ejusdem formæ, pervalidi; articulo 3tio perbrevis; articulo 4to et 5to elongatis.

Pedes trium parium ultimorum invicem ejusdem formæ, longitudine gradatim crescentes.

Pedes saltatorii 1mi paris 2ramosi; ramo exteriori brevior quam interiori.

Pedes saltatorii 2di paris tuberculiformes.

L. tuberculatus. Bruzelius 1859.

Lætmatophilus tuberculatus. Bruzelius, Skand. Amph. Gammar. K. Vet.-Akad. Handl. Ny Följd. III. 1859. p. 11. pl. I. fig. 1.

Cyrtophium tuberculatum. Spence Bate, Catal. of Amphip. in Brit. Mus. p. 275. 1862.

Caput supra tuberculis duobus parvis instructum. Segmenta trunci quinque anteriora supra e transverso depressa et nodulis ternis instructa. Segmenta trunci duo posteriora et duo anteriora postabdominis supra tuberculis binis armata. Antennæ longitudine æquales, ad segmentum postabdominis tertium circiter porrectæ; articulo flagelli primo prælongato, 2do minimo. Pedes primi paris manu ovata, breviora quam carpo. Pedes 2di paris articulo tertio brevi, in angulo inferiore posteriore acuminato; manu maris elongata, ovali, in margine anteriore arcuata, in posteriore recta; manu femine ovata. Pedes quinque parium posteriorum articulo tertio breviora quam quarto; hoc breviora quam quinto; ungue perlongo, valido et curvo. Bohusia, Christianiafjord.

L. spinosissimus. n. s.

Caput spina longa armatum. Segmentum trunci primum in medio dentibus duobus latis, ad basin pedum primi paris tuberculo instructum; segmentum secundum spinis tribus longis, antice in medio spina una, postice spinis duabus, instructum. Segmenta quinque sequentia trunci et duo anteriora postabdominis in utroque latere dorsi spinas singulas gerentia. Segmentum trunci quartum et quintum ad basin pedum spinis singulis validis armata. Cæteroquin ferme ut apud speciem præcedentem. Hardangerfjord.

Gen. IV. Xenodice. n. g.

Pedes maxillares 2di paris lamina interiore magnitudinis medioocris, in margine interiore setis pluribus (7) instructa.

Antennæ superiores et inferiores longitudine fere æquales; flagellis multiarticulatis sed multo brevioribus quam pedunculo.

Antennæ superiores flagello accessorio instructæ.

Pedes primi 2diqve paris magnitudine et forma fere æquales; manu parva, subcheliformi.

Pedes tertii et quarti paris ejusdem magnitudinis, elongati.

Pedes trium parium posteriorum longitudine gradatim crescentes, filiformes.

